
INSIGNIA ACADEMIAE HARVARDIANAE CANTAB: NOV: ANGLIAE
VE RI
TAS
The Gift of
Mary Bryant Brandegee
in Memory of
William Fletcher Weld
HARVARD COLLEGE LIBRARY

ARISTOXENI
ELEMENTORUM RHYTHMICORUM FRAGMENTUM
EMENDATUM ET EXPLICATUM.

COMMENTATIO PHILOLOGICA.

SCRIPSIT

ET

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIIS

DIE XVIII. MENSIS MARTII A. MDCCCLIV.

PUBLICE DEFENDET

IOANNES BARTELS
HAMBURGENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

IOANNES CRUSE, SEM. PHILOL. SOD.
HERMANNUS RIEKEN, PHILOS. DR.
HERMANNUS DEITERS, STUD. IUR.

BONNAE
FORMIS CAROLI GEORGII.
MDCCCLIV.

ARISTOXENI
LEMENTORUM RHYTHMICORUM
FRAGMENTUM
EMENDATUM ET EXPLICATUM.

COMMENTATIO PHILOLOGICA.

SCRIPSIT

ET

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
ICTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XVIII. MENSIS MARTII [illegible] MDCCCLIV.

PUBLICE DEFENDET

IOANNES BARTELS

HAMBURGENSIS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

IOANNES CRUSE, SEM. PHILOL. SOD.
HERMANNUS RIEKEN, PHILOS. DR.
HERMANNUS DEITERS, STUD. IUR.

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGII.

MDCCCLIV.

PARENTIBUS OPTIMIS



S.



De rhythmica Graecorum arte quum non mediocris sane etiamnunc inter viros doctos vigeat dissensio, recurrere iterum iterumque ad gravissimos et purissimos huius doctrinae fontes eosque exhaurire quam diligentissime, meo quidem iudicio maxime est necessarium, praesertim quum diversa illa atque adeo contraria virorum doctorum de rebus rhythmicis decreta in summis maxime versentur principiis, e quibus reliqua pendeant omnia. Eminet autem lucetque unus inter omnes quorum scripta nobis servata sunt veterum de rhythmica arte scriptores et aetate et auctoritate, quippe quem ipsa antiquitas summum semper haberet harum rerum auctorem, Aristoxenus musicus. Qui quae literis tradidit sexcenta, ut ita dicam, scripta, ea abripuit quidem nobis iniuria temporum paene omnia, ita quidem, ut rhythmicorum operum nihil nisi pauca nobis concesserit folia, at illa ipsa doctrinae rhythmicae elementa illustrantia, e quorum vario ac vacillante intellectu dici non potest quantus succreverit errorum numerus. Itaque huius eximii auctoris quae supersunt rhythmica fragmenta, a Feussnero licet post primum editorem strenue et emendata et explicata, denuo recensendi et interpretandi periculum non supervacaneum mihi visum est suscipere. Ac primum in ipsis Aristoxeni verbis quae Feussneri cura reliquerat corrigenda, conatus sum emendare; restare enim videbantur etiam graviores hic illic errores. Deinde commentarium perpetua conscripsi oratione, in quo propositum mihi fuit et Aristoxeni sententias continue et accurate enucleare, et si qua in alio veterum de doctrina rhythmica scriptore legebantur ad idem argumentum tendentia, comparare, a mendisque, ubi corrupta videbantur, purgare, denique quae hodie in summis doctrinae rhythmicae scriptoribus sin-

gulorum Aristoxeni locorum propositae sunt explicationes, afferre quodque cum Aristoxeno non convenire videbatur, notare, hoc nimirum secutus, ut in unum locum congesta et quasi in conspectu collocata haberentur, quaecunque ad res ab Aristoxeno tractatas pertinere viderentur.

Primum igitur ipsa Aristoxeni verba descripsi quam maxime potui emendata. Quibus viam nunc liceat paucis praemunire. Ac prima quidem horum fragmentorum vestigia monente Morellio seculo XVII. apud Donium, Italum de re musica scriptorem, apparent, qui, Secretarius Collegii Cardinalium Romani, in bibliotheca Vaticana duos Graecorum tractatus de rhythmica arte, mutilos quidem illos et imperfectos, se invenisse gloriabatur, unum Aristoxeni, anonymi scriptoris alterum, quos editurum se aliquando latine redditos pollicebatur. Qui quum de priore ita locutus sit: «Alter inscribitur: Ἀριστοξένου περὶ ῥυθμικῆς, in tres libros, verum ut dixi, truncos, tributus,» videri potest et alia et plura ante oculos habuisse, quam quae nunc edita sunt fragmenta. Nam et inscriptionem haec nostra in utroque, quo exstant, codice habent aliam, et ex uno tantum deprompta sunt Aristoxeni libro eoque secundo. Quodsi Donius accurate scripsit, magnopere sperandum est fore, ut aliquando uberiora praestantissimi auctoris fragmenta e Vaticanae thesauris exhibeantur, praesertim quum Psellum quidem, posteriorum temporum scriptorem sive compilatorem, re vera plura, quam quae nos hodie habemus, legisse et excerpsisse manifestum sit. Quamquam Donii illa non adeo certa habuerim et indubitata. Nam pro illorum temporum in re critica more modoque illud forsitan non nimium audacter coniecerit aliquis, Donium et inscriptionem illam περὶ ῥυθμικῆς ex memoria rerum tractatarum posuisse, et numerum librorum, quos ipse truncos vocat et imperfectos, ternarium ita sibi finxisse, ut secundo, qui in nostris codicibus nominatur, libro ultimam partem, in Vaticano codice nova inscriptione distinctam, ut tertium librum adnumeraret, adhibita fortasse etiam trium illorum, qui de harmonicis elementis exstant, librorum analogia. Hoc

vel veri similius videri potest reputanti, Morellium, postquam ipse in Marciana bibliotheca fragmentum Aristoxeni invenerat iamque Donii non immemor eiusque vestigiis insistens Romae supplementum petierat, e Vaticana nihil nisi idem illud codicis Marciani fragmentum, licet aliquantulum minus truncatum, et accepisse et in eo ut Doniano codice acquievisse. Quod utut fuerit, Morellius Marcianae bibliothecae codices excutiens in extremis paginis codicis edita Graecorum de re musica scriptorum opera continentis fragmentum invenit inscriptum: Ἀριστοξένου ῥυθμικῶν στοιχείων. δευτέρου; ab initio quidem, ut ipse affirmat, ex quo primum scriptum fuerit, omnino non mutilatum, in fine autem abscissis foliis truncatum. Cui iacturae reparandae adhibuit apographum codicis Vaticani, Hieronymi Iuliani Equitis ope acceptum, quo et eadem et plura continebantur. In quo quum praeter inscriptionem ab initio positam postea haec altera inveniretur: διαφορὰ τῶν ποδῶν, Morellius neglecta, ut videtur, inquisitione, utrum cohaereant sequentia cum praecedentibus necne, quae ipse edidit, nominavit: Aristoxeni fragmenta, quod unum esse atque continuum accuratius inspicientem fugere non potest. Hoc igitur fragmentum hic excudi curavi, adnotationibus criticis suis locis subinde subiectis. In quo signis usus sum hisce:

M. = codex Marcianus Morelli,

V. = codex Vaticanus eiusdem,

Ps. Marc. = Pselli προλαμβανόμενα εἰς ῥυθμικὴν ἐπιστήμην, a Morellio in editione Aristoxeni excerpta,

Ps. Mon. = Psellus, e codice Monacensi a Iulio Caesare, Prof. Marburg. editus in Museo Rhenano I. p. 620. sqq.

Mor. = Morelli editio Aristoxeni a. 1785.

F. = Feussneri editio eiusdem a. 1840.

ΑΡΙΣΤΟΞΕΝΟΥ ΡΥΘΜΙΚΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Ὅτι μὲν τοῦ ῥυθμοῦ πλειοῦς εἰσὶ φύσεις, καὶ ποία τις αὐτῶν ἑκάστη, καὶ διὰ τίνας αἰτίας τῆς αὐτῆς ἔτυχον προςηγορίας, καὶ τί αὐτῶν ἑκάστῃ ὑπόκειται, ἐν τοῖς ἔμπροςθεν εἰρημένον [1]. Νῦν δὲ ἡμῖν περὶ αὐτοῦ λεκτέον τοῦ ἐν μουσικῇ ταττομένου ῥυθμοῦ. Ὅτι μὲν οὖν· περὶ τοὺς χρόνους ἐστὶ καὶ τὴν τούτων αἴσθησιν, εἴρηται μὲν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, λεκτέον δὲ καὶ πάλιν νῦν· ἀρχὴ γὰρ τρόπον τινὰ τῆς περὶ τοὺς ῥυθμοὺς ἐπιστήμης ἐστὶν αὕτη.

Νοητέον δὲ δύο τίνας φύσεις ταύτας, τήν τε τοῦ ῥυθμοῦ καὶ τὴν τοῦ ῥυθμιζομένου, παραπλησίως ἐχούσας πρὸς ἀλλήλας, ὥςπερ ἔχει τὸ σχῆμα καὶ τὸ σχηματιζόμενον πρὸς αὑτά [2]. Ὥςπερ γὰρ τὸ σῶμα πλείους ἰδέας λαμβάνει σχημάτων, ἐὰν αὐτοῦ τὰ μέρη τεθῇ διαφερόντως, ἤτοι πάντα, ἤ τινα αὐτῶν· οὕτω καὶ τῶν ῥυθμιζομένων ἕκαστον πλείους λαμβάνει μορφάς, οὐ κατὰ τὴν αὐτοῦ [3] φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ. Ἡ γὰρ αὐτὴ λέξις, εἰς χρόνους τεθεῖσα διαφέροντας ἀλλήλων, λαμβάνει τινὰς διαφορὰς τοιαύτας, αἳ

---

1) Ipsum secundi libri initium servatum nobis esse integrum vel ex inscriptione his verbis praemissa satis certo colligi videtur. Comprobatur idem eo, quod comprehenduntur hic antea tractata eaque et multifaria et quae primam totius operis deceant partem. Fuit autem hic veterum mos, quo ordinem rerum sive *τὸν τρόπον τῆς πραγματείας*, ut ipse Aristoxenus initio secundi libri harmonicorum elementorum dicit, omnibus locis lectori ante oculos ponerent. Quod in Aristotelia, cui Aristoxenus adhaeret, schola praecipue viguisse videtur, cuius auctor multus in hac concludendi ac separandi singula consuetudine. Qua de re ipse Aristoxenus quae initio libri II. harm. elem. disseruit operae pretium est legere.

2) M. Mor. *πρὸς αὐτὸ*, quod Mor. vertit: „figura et id, quod ad illam figuratur", quod nihili est. V. *πρὸς αὐτά*, Ps. Marc. *πρὸς ἑαυτό*, pro quibus omnibus recte F. *πρὸς αὑτά* (i. e. *πρὸς ἄλληλα*, quod necessarium fuit,) scripsit, idque in Ps. Mon. legitur.

3) M. V. Mor. F. *αὐτοῦ*.

εἰσιν ἴσαι αὐταῖς τῆς τοῦ ῥυθμοῦ φύσεως διαφοραῖς. Ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ[4] *τοῦ μέλους, καὶ εἴ τι ἄλλο πέφυκε ῥυθμίζεσθαι τῷ τοιούτῳ ῥυθμῷ, ὅς ἐστιν ἐκ χρόνων συνεστηκώς. Ἐπάγειν δὲ δεῖ τὴν αἴσθησιν ἐνθένδε περὶ τῆς εἰρημένης ὁμοιότητος, πειρωμένους συνορᾶν καὶ περὶ ἑκατέρου τῶν εἰρημένων, οἷον τοῦ τε ῥυθμοῦ καὶ τοῦ ῥυθμιζομένου. Τῶν τε γὰρ πεφυκότων σχηματίζεσθαι σωμάτων οὐδενὶ οὐδέν ἐστι τῶν σχημάτων τὸ αὐτό· ἀλλὰ διάθεσίς*[5] *τίς ἐστι τῶν τοῦ σώματος μερῶν τὸ σχῆμα, γινόμενον ἐκ τοῦ σχεῖν πως ἕκαστον αὐτῶν· ὅθεν δὴ καὶ σχῆμα ἐκλήθη· ὅ τε ῥυθμὸς ὡσαύτως οὐδενὶ τῶν ῥυθμιζομένων ἐστὶ τὸ αὐτό· ἀλλὰ τῶν διατιθέντων πως*[6] *τὸ ῥυθμιζόμενον καὶ ποιούντων κατὰ τοὺς χρόνους τοιόνδε ἢ τοιόνδε. Προςέοικε δὲ ἀλλήλοις τὰ εἰρημένα καὶ τῷ*[7] *μὴ γίνεςθαι καθ' αὑτά. Τό τε γὰρ σχῆμα, μὴ ὑπάρχοντος τοῦ δεξομένου αὐτὸ, δῆλον ὡς ἀδυνατεῖ γενέσθαι· ὅ τε ῥυθμὸς ὡσαύτως χωρὶς τοῦ ῥυθμισθησομένου*[8] *καὶ τέμνοντος τὸν χρόνον οὐ δύναται γίνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ*[9] *ὁ μὲν*

---

4) M. V. Mor. *κατὰ.* Pro quo, monente F., *καὶ ἐπὶ* scripsi.

5) Mor. *διάθεσις*, ut videtur, e codd., nam vertit: „colligatio". Pro quo *διάθεσις* scribendum esse recte monet F., rem ipsam et sequens *διατιθέντων* argumentatus. Ita apud Aristidem Quinctilianum p. 12. Meib.: *φθόγγων διάθεσις* et *τετραχόρδου διάθεσις* et p. 17. *τὸ διὰ πασῶν διατίθεται*, cet.

6) Ps. Marc. *πρὸς*, quod qui scribebat sententiam loci non intelligebat. *Τὸ ῥυθμιζόμενον διατίθεταί πως* i. e. hoc vel illo modo. Ps. Mon. *πως*, ut codd. Aristoxeni.

7) Sic scripsi pro *τὸ*, quod habent M. V. Mor. F. Concordant, inquit, etiam eo, quod cet.

8) Ita M. et Ps. Marc. Mon. — V. *ῥυθμισομένου*.

9) M. V. Mor. *ἐπειδὴ* et *ἀναγκαῖον ἂν εἴη*; Ps. Mon. *ἀναγκαῖον γὰρ ἂν εἴη*; Ps. Marc. *ἀναγκαῖον οὖν ἂν εἴη*, quod F. recepit. At melius post v. *γίνεσθαι* distingui videtur. Rescripsi igitur: *Ἐπεὶ δὲ* —, *ἀναγκαῖον ἂν εἴη*, qua formula passim noster in harm. elem. utitur, e. c. p. 7., p. 44. Qua restituta rectius oratio procedere videtur. Exposita enim inter *σχῆμα* et *ῥυθμὸν* similitudine, iam nunc hoc addit: quum vero tempus se ipsum non partiatur, sed alia opus sit re, quae hoc efficiat, necessarium est e. q. s. Ipsa vocularum in codd.

ARISTOXENI
ELEMENTORUM RHYTHMICORUM FRAGMENTUM
EMENDATUM ET EXPLICATUM.

COMMENTATIO PHILOLOGICA.

SCRIPSIT

ET

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XVIII. MENSIS MARTII A. MDCCCLIV.

PUBLICE DEFENDET

IOANNES BARTELS
HAMBURGENSIS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

IOANNES CRUSE, SEM. PHILOL. SOD.
HERMANNUS RIEKEN, PHILOS. DR.
HERMANNUS DEITERS, STUD. IUR.

BONNAE
FORMIS CAROLI GEORGII.
MDCCCLIV.

PARENTIBUS OPTIMIS



S.



De rhythmica Graecorum arte quum non mediocris sane etiamnunc inter viros doctos vigeat dissensio, recurrere iterum iterumque ad gravissimos et purissimos huius doctrinae fontes eosque exhaurire quam diligentissime, meo quidem iudicio maxime est necessarium, praesertim quum diversa illa atque adeo contraria virorum doctorum de rebus rhythmicis decreta in summis maxime versentur principiis, e quibus reliqua pendeant omnia. Eminet autem lucetque unus inter omnes quorum scripta nobis servata sunt veterum de rhythmica arte scriptores et aetate et auctoritate, quippe quem ipsa antiquitas summum semper haberet harum rerum auctorem, Aristoxenus musicus. Qui quae literis tradidit sexcenta, ut ita dicam, scripta, ea abripuit quidem nobis iniuria temporum paene omnia, ita quidem, ut rhythmicorum operum nihil nisi pauca nobis concesserit folia, at illa ipsa doctrinae rhythmicae elementa illustrantia, e quorum vario ac vacillante intellectu dici non potest quantus succreverit errorum numerus. Itaque huius eximii auctoris quae supersunt rhythmica fragmenta, a Feussnero licet post primum editorem strenue et emendata et explicata, denuo recensendi et interpretandi periculum non supervacaneum mihi visum est suscipere. Ac primum in ipsis Aristoxeni verbis quae Feussneri cura reliquerat corrigenda, conatus sum emendare; restare enim videbantur etiam graviores hic illic errores. Deinde commentarium perpetua conscripsi oratione, in quo propositum mihi fuit et Aristoxeni sententias continue et accurate enucleare, et si qua in alio veterum de doctrina rhythmica scriptore legebantur ad idem argumentum tendentia, comparare, a mendisque, ubi corrupta videbantur, purgare, denique quae hodie in summis doctrinae rhythmicae scriptoribus sin-

gulorum Aristoxeni locorum propositae sunt explicationes, afferre quodque cum Aristoxeno non convenire videbatur, notare, hoc nimirum secutus, ut in unum locum congesta et quasi in conspectu collocata haberentur, quaecunque ad res ab Aristoxeno tractatas pertinere viderentur.

Primum igitur ipsa Aristoxeni verba descripsi quam maxime potui emendata. Quibus viam nunc liceat paucis praemunire. Ac prima quidem horum fragmentorum vestigia monente Morellio seculo XVII. apud Donium, Italum de re musica scriptorem, apparent, qui, Secretarius Collegii Cardinalium Romani, in bibliotheca Vaticana duos Graecorum tractatus de rhythmica arte, mutilos quidem illos et imperfectos, se invenisse gloriabatur, unum Aristoxeni, anonymi scriptoris alterum, quos editurum se aliquando latine redditos pollicebatur. Qui quum de priore ita locutus sit: «Alter inscribitur: Ἀριστοξένου περὶ ῥυθμικῆς, in tres libros, verum ut dixi, truncos, tributus,» videri potest et alia et plura ante oculos habuisse, quam quae nunc edita sunt fragmenta. Nam et inscriptionem haec nostra in utroque, quo exstant, codice habent aliam, et ex uno tantum deprompta sunt Aristoxeni libro eoque secundo. Quodsi Donius accurate scripsit, magnopere sperandum est fore, ut aliquando uberiora praestantissimi auctoris fragmenta e Vaticanae thesauris exhibeantur, praesertim quum Psellum quidem, posteriorum temporum scriptorem sive compilatorem, re vera plura, quam quae nos hodie habemus, legisse et excerpsisse manifestum sit. Quamquam Donii illa non adeo certa habuerim et indubitata. Nam pro illorum temporum in re critica more modoque illud forsitan non nimium audacter coniecerit aliquis, Donium et inscriptionem illam περὶ ῥυθμικῆς ex memoria rerum tractatarum posuisse, et numerum librorum, quos ipse truncos vocat et imperfectos, ternarium ita sibi finxisse, ut secundo, qui in nostris codicibus nominatur, libro ultimam partem, in Vaticano codice nova inscriptione distinctam, ut tertium librum adnumeraret, adhibita fortasse etiam trium illorum, qui de harmonicis elementis exstant, librorum analogia. Hoc

vel veri similius videri potest reputanti, Morellium, postquam ipse in Marciana bibliotheca fragmentum Aristoxeni invenerat iamque Donii non immemor eiusque vestigiis insistens Romae supplementum petierat, e Vaticana nihil nisi idem illud codicis Marciani fragmentum, licet aliquantulum minus truncatum, et accepisse et in eo ut Doniano codice acquievisse. Quod utut fuerit, Morellius Marcianae bibliothecae codices excutiens in extremis paginis codicis edita Graecorum de re musica scriptorum opera continentis fragmentum invenit inscriptum: Ἀριστοξένου ῥυθμικῶν στοιχείων δευτέρου; ab initio quidem, ut ipse affirmat, ex quo primum scriptum fuerit, omnino non mutilatum, in fine autem abscissis foliis truncatum. Cui iacturae reparandae adhibuit apographum codicis Vaticani, Hieronymi Iuliani Equitis ope acceptum, quo et eadem et plura continebantur. In quo quum praeter inscriptionem ab initio positam postea haec altera inveniretur: διαφοραὶ τῶν ποδῶν, Morellius neglecta, ut videtur, inquisitione, utrum cohaereant sequentia cum praecedentibus necne, quae ipse edidit, nominavit: Aristoxeni fragmenta, quod unum esse atque continuum accuratius inspicientem fugere non potest. Hoc igitur fragmentum hic excudi curavi, adnotationibus criticis suis locis subinde subiectis. In quo signis usus sum hisce:

M. = codex Marcianus Morelli,

V. = codex Vaticanus eiusdem,

Ps. Marc. = Pselli προλαμβανόμενα εἰς ῥυθμικὴν ἐπιστήμην, a Morellio in editione Aristoxeni excerpta,

Ps. Mon. = Psellus, e codice Monacensi a Iulio Caesare, Prof. Marburg. editus in Museo Rhenano I. p. 620. sqq.

Mor. = Morelli editio Aristoxeni a. 1785.

F. = Feussneri editio eiusdem a. 1840.

ΑΡΙΣΤΟΞΕΝΟΥ ΡΥΘΜΙΚΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Ὅτι μὲν τοῦ ῥυθμοῦ πλειοῦς εἰσὶ φύσεις, καὶ ποία τις αὐτῶν ἑκάστη, καὶ διὰ τίνας αἰτίας τῆς αὐτῆς ἔτυχον προςηγορίας, καὶ τί αὐτῶν ἑκάστῃ ὑπόκειται, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένον [1]. Νῦν δὲ ἡμῖν περὶ αὐτοῦ λεκτέον τοῦ ἐν μουσικῇ ταττομένου ῥυθμοῦ. Ὅτι μὲν οὖν· περὶ τοὺς χρόνους ἐστὶ καὶ τὴν τούτων αἴσθησιν, εἴρηται μὲν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, λεκτέον δὲ καὶ πάλιν νῦν· ἀρχὴ γὰρ τρόπον τινὰ τῆς περὶ τοὺς ῥυθμοὺς ἐπιστήμης ἐστὶν αὕτη.

Νοητέον δὲ δύο τίνας φύσεις ταύτας, τήν τε τοῦ ῥυθμοῦ καὶ τὴν τοῦ ῥυθμιζομένου, παραπλησίως ἐχούσας πρὸς ἀλλήλας, ὥςπερ ἔχει τὸ σχῆμα καὶ τὸ σχηματιζόμενον πρὸς αὐτά [2]. Ὥςπερ γὰρ τὸ σῶμα πλείους ἰδέας λαμβάνει σχημάτων, ἐὰν αὐτοῦ τὰ μέρη τεθῇ διαφερόντως, ἤτοι πάντα, ἤ τινα αὐτῶν· οὕτω καὶ τῶν ῥυθμιζομένων ἕκαστον πλείους λαμβάνει μορφάς, οὐ κατὰ τὴν αὐτοῦ [3] φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοὺ ῥυθμοῦ. Ἡ γὰρ αὐτὴ λέξις, εἰς χρόνους τεθεῖσα διαφέροντας ἀλλήλων, λαμβάνει τινὰς διαφορὰς τοιαύτας, αἳ

---

1) Ipsum secundi libri initium servatum nobis esse integrum vel ex inscriptione his verbis praemissa satis certo colligi videtur. Comprobatur idem eo, quod comprehenduntur hic antea tractata eaque et multifaria et quae primam totius operis deceant partem. Fuit autem hic veterum mos, quo ordinem rerum sive *τὸν τρόπον τῆς πραγματείας*, ut ipse Aristoxenus initio secundi libri harmonicorum elementorum dicit, omnibus locis lectori ante oculos ponerent. Quod in Aristotelia, cui Aristoxenus adhaeret, schola praecipue viguisse videtur, cuius auctor multus in hac concludendi ac separandi singula consuetudine. Qua de re ipse Aristoxenus quae initio libri II. harm. elem. disseruit operae pretium est legere.

2) M. Mor. *πρὸς αὐτὸ*, quod Mor. vertit: „figura et id, quod ad illam figuratur", quod nihili est. V. *πρὸς αὐτά*, Ps. Marc. *πρὸς ἑαυτό*, pro quibus omnibus recte F. *πρὸς αὐτά* (i. e. *πρὸς ἄλληλα*, quod necessarium fuit,) scripsit, idque in Ps. Mon. legitur.

3) M. V. Mor. F. *αὐτοῦ*.

εἰσιν ἴσαι αὐταῖς τῆς τοῦ ῥυθμοῦ φύσεως διαφοραῖς. Ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ[4] τοῦ μέλους, καὶ εἴ τι ἄλλο πέφυκε ῥυθμίζεσθαι τῷ τοιούτῳ ῥυθμῷ, ὅς ἐστιν ἐκ χρόνων συνεστηκώς. Ἐπάγειν δὲ δεῖ τὴν αἴσθησιν ἐνθένδε περὶ τῆς εἰρημένης ὁμοιότητος, πειρωμένους συνορᾶν καὶ περὶ ἑκατέρου τῶν εἰρημένων, οἷον τοῦ τε ῥυθμοῦ καὶ τοῦ ῥυθμιζομένου. Τῶν τε γὰρ πεφυκότων σχηματίζεσθαι σωμάτων οὐδενὶ οὐδέν ἐστι τῶν σχημάτων τὸ αὐτό· ἀλλὰ διάθεσίς[5] τίς ἐστι τῶν τοῦ σώματος μερῶν τὸ σχῆμα, γινόμενον ἐκ τοῦ σχεῖν πως ἕκαστον αὐτῶν· ὅθεν δὴ καὶ σχῆμα ἐκλήθη· ὅ τε ῥυθμὸς ὡσαύτως οὐδενὶ τῶν ῥυθμιζομένων ἐστὶ τὸ αὐτό· ἀλλὰ τῶν διατιθέντων πως[6] τὸ ῥυθμιζόμενον καὶ ποιούντων κατὰ τοὺς χρόνους τοιόνδε ἢ τοιόνδε. Προςέοικε δὲ ἀλλήλοις τὰ εἰρημένα καὶ τῷ[7] μὴ γίνεςθαι καθ' αὑτά. Τό τε γὰρ σχῆμα, μὴ ὑπάρχοντος τοῦ δεξομένου αὐτὸ, δῆλον ὡς ἀδυνατεῖ γενέσθαι· ὅ τε ῥυθμὸς ὡσαύτως χωρὶς τοῦ ῥυθμισθησομένου[8] καὶ τέμνοντος τὸν χρόνον οὐ δύναται γίνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ[9] ὁ μὲν

---

4) M. V. Mor. κατὰ. Pro quo, monente F., καὶ ἐπὶ scripsi.

5) Mor. διάθεσις, ut videtur, e codd., nam vertit: „colligatio". Pro quo διάθεσις scribendum esse recte monet F., rem ipsam et sequens διατιθέντων argumentatus. Ita apud Aristidem Quinctilianum p. 12. Meib.: φθόγγων διάθεσις et τετραχόρδου διάθεσις et p. 17. τὸ διὰ πασῶν διατίθεται, cet.

6) Ps. Marc. πρὸς, quod qui scribebat sententiam loci non intelligebat. Τὸ ῥυθμιζόμενον διατίθεταί πως i. e. hoc vel illo modo. Ps. Mon. πως, ut codd. Aristoxeni.

7) Sic scripsi pro τὸ, quod habent M. V. Mor. F. Concordant, inquit, etiam eo, quod cet.

8) Ita M. et Ps. Marc. Mon. — V. ῥυθμισομένου.

9) M. V. Mor. ἐπειδὴ et ἀναγκαῖον ἂν εἴη; Ps. Mon. ἀναγκαῖον γὰρ ἂν εἴη; Ps. Marc. ἀναγκαῖον οὖν ἂν εἴη, quod F. recepit. At melius post v. γίνεσθαι distingui videtur. Rescripsi igitur: Ἐπεὶ δὲ —, ἀναγκαῖον ἂν εἴη, qua formula passim noster in harm. elem. utitur, e. c. p. 7., p. 44. Qua restituta rectius oratio procedere videtur. Exposita enim inter σχῆμα et ῥυθμὸν similitudine, iam nunc hoc addit: quum vero tempus se ipsum non partiatur, sed alia opus sit re, quae hoc efficiat, necessarium est e. q. s. Ipsa vocularum in codd.

χρόνους αὐτὸς αὑτὸν οὐ τέμνει, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἑτέρου δέ τινος δεῖ [10] *τοῦ διαιρήσοντος αὐτὸν ἀναγκαῖον ἂν εἴη* [9], *μεριστὸν εἶναι τὸ ῥυθμιζόμενον γνωρίμοις μέρεσιν, οἷς διαιρήσει τὸν χρόνον. Ἀκόλουθον δέ ἐστι ταῖς εἰρημένοις καὶ αὐτῷ τῷ φαινομένῳ τὸ λέγειν, τὸν ῥυθμὸν γίνεσθαι, ὅταν ἡ τῶν χρόνων διαίρεσις τάξιν τινὰ λάβῃ ἀφωρισμένην· οὐ γὰρ πᾶσα χρόνων τάξις ἔῤῥυθμος* [11]. *Πιθανὸν μὲν οὖν καὶ χωρὶς λόγου, τὸ μὴ πᾶσαν χρόνων* [12] *τάξιν ἔῤῥυθμον* [11] *εἶναι· δεῖ δὲ καὶ διὰ τῶν ὁμοιοτήτων ἐπάγειν τὴν διάνοιαν καὶ πειρᾶσθαι κατανοεῖν ἐξ ἐκείνων, ἕως ἂν παραγένηται ἡ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος πίστις. Ἔστι δὲ ἡμῖν γνώριμα τὰ περὶ τὴν τῶν γραμμάτων σύνθεσιν καὶ τὰ περὶ τὴν* [13] *τῶν διαστημάτων, ὅτι οὔτ' ἐν τῷ διαλέγεσθαι πάντα τρόπον τὰ γράμματα συντίθεμεν, οὔτ' ἐν τῷ μελῳδεῖν τὰ διαστήματα· ἀλλ' ὀλίγοι μέν τινές εἰσιν οἱ τρόποι, καθ' οὓς συντίθεται τὰ εἰρημένα πρὸς ἄλληλα· πολλοὶ δὲ, καθ' οὓς οὔτε ἡ φωνὴ δύναται συντίθεσθαι φθεγγομένη, οὔτε ἡ αἴσθησις προσδέχεται, ἀλλ' ἀποδοκιμάζει. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν*

Pselli additarum variatio ostendere videtur, Psellum quoque scripsisse *ἀναγκαῖον ἂν εἴη*.

10) Ps. Mon. *δεῖται* (sc. *ὁ χρόνος*), quod cum Caesare p. 625, Aristoxeno dare eo minus opus esse videtur, quod apud illum verba *καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν* interposita sunt.

11) M. V. Mor. F. *ἐν ῥυθμοῖς*. Quod mutavi in *ἔῤῥυθμος*, quod quum scriptum esset modo maxime usitato: *ἐνρυθμος*, separationem illam ortam esse putaverim. Dicunt quidem *ἐν ῥυθμῷ κεῖσθαι*, *βαίνειν ἐν ῥυθμῷ*, *ᾠδὴ ἐν ῥυθμοῖς πεποιημένη*, similia, sed in simplici enuntiatione haec dictio minus apta ideoque minus usitata. Eandem vocem etiam in eiusdem sententiae, quae mox sequitur, repetitione rescripsi, ubi in codd. *εὔρυθμον* exstat.

12) M. V. Mor. *τὸ μὴ πᾶσαν λόγου τάξιν*, quod utpote immerito ex praecedente *χωρὶς λόγου* repetitum F. mutavit in *χρόνων*, quod necessarium est, quum de *χρόνων διαιρέσει* nunc sermo sit, quae non magis ad *λόγον* sive *λέξιν* pertinet, quam ad *φθόγγους* et *σχήματα*.

13) *τὴν* articulum F. addidit, qui Morellio et, ut videtur, codd. deest. Quo clarius nunc intelligitur, de compositione rerum comparatarum sermonem esse.

αἰτίαν· τὸ μὲν ἡρμοσμένον εἰς πολὺ ἐλάττους ἰδέας τίθεται, τὸ δὲ ἀνάρμοστον εἰς πολὺ πλείους. Οὕτω δὲ καὶ τὰ περὶ τοὺς χρόνους ἔχοντα φανήσεται· πολλαὶ μὲν γὰρ αὐτῶν συμμετρίαι τε καὶ τάξεις ἀλλότριαι φαίνονται τῆς αἰσθήσεως οὖσαι· ὀλίγαι δέ τινες οἰκεῖαί τε καὶ δυναταὶ ταχθῆναι εἰς τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν. Τὸ δὲ ῥυθμιζόμενόν ἐστι μὲν κοινόν πως ἀῤῥυθμίας τε καὶ ῥυθμοῦ· ἀμφότερα γὰρ πέφυκεν ἐπιδέχεσθαι τὸ ῥυθμιζόμενον τὰ συστήματα, τό τε εὔρυθμον καὶ τὸ ἄῤῥυθμον. Καλῶς δ' εἰπεῖν, τοιοῦτον νοητέον τὸ ῥυθμιζόμενον, οἷον δύνασθαι μετατίθεσθαι εἰς χρόνων μεγέθη παντοδαπὰ καὶ εἰς συνθέσεις παντοδαπάς.

Διαιρεῖται δὲ ὁ χρόνος ὑπὸ τῶν ῥυθμιζομένων τοῖς ἑκάστου αὐτῶν μέρεσιν. Ἔστι δὲ τὰ ῥυθμιζόμενα τρία· λέξις, μέλος, κίνησις σωματική. Ὥστε διαιρήσει τὸν χρόνον ἡ μὲν λέξις τοῖς αὐτῆς μέρεσιν, οἷον γράμμασι καὶ συλλαβαῖς καὶ ῥήμασι καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· τὸ δὲ μέλος τοῖς ἑαυτοῦ φθόγγοις τε καὶ διαστήμασι καὶ συστήμασιν· ἡ δὲ κίνησις σημείοις τε καὶ σχήμασι καὶ εἴ τι τοιοῦτόν ἐστι κινήσεως μέρος [14].

Καλείσθω δὲ πρῶτος μὲν τῶν χρόνων ὁ ὑπὸ μηδενὸς τῶν ῥυθμιζομένων δυνατὸς ὢν διαιρεθῆναι [15]· δίσημος δὲ ὁ

14) Totum hunc locum inde a verbis ὥστε διαιρήσει Geppert (Hall. allgem. Lit. Zeitg. Ergänzgsbl. 1841, p. 754.) glossematis interpolatum opinabatur, Aristoxeni verbis scilicet non intellectis. Vid. Commentar.

15) Quam hic vetere manu margini adscriptam M. (a. V. enim abest) habet vocem σῆμα, eam Mor. in textum recipi posse putabat, ut nomen primi temporis, sic: καλείσθω δὲ πρῶτος μὲν τῶν χρόνων ὁ ὑπὸ μηδενὸς τῶν ῥυθμιζομένων δυνατὸς ὢν διαιρεθῆναι σῆμα. Quod duplici de caussa fieri nequit. Primum enim sic verbis πρῶτος μὲν τῶν χρόνων addendus erat articulus; deinde, quod rem ipsam attinet, Aristoxenus hanc vocem de hac re non modo non usurpasse, sed etiam devitasse videtur, qui in sequentibus iteraverit τοῦτον πρῶτον ἐροῦμεν χρόνον, et vocabulum σημεῖον, excepto illo de saltatione usu, non nisi de rhythmicis pedum partibus i. e. de arsi et thesi adhibuerit. Hoc igitur adscripsit lector aliquis in margine, qui rectius pro σῆμα scribebat σημεῖον. Haec enim vocis forma re vera de primo tempore

δὶς τούτῳ[16] *καταμετρούμενος, τρίσημος δὲ ο τρὶς, τετράσημος δὲ ὁ τετράκις. Κατὰ ταὐτὰ*[17] *δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν μεγέθων τὰ ὀνόματα ἕξει. Τὴν δὲ τοῦ πρώτου δύναμιν δεῖ καταμανθάνειν τόνδε τὸν*[18] *τρόπον. Τῶν σφόδρα φαινομένων ἐστὶ τῇ αἰσθήσει τὸ μὴ λαμβάνειν εἰς ἄπειρον ἐπίτασιν τὰς τῶν κινήσεων ταχυτῆτας, ἀλλ' ἵστασθαί που συναγομένους τοὺς χρόνους, ἐν οἷς τίθεται τὰ μέρη τῶν κινουμένων· λέγω δὲ τῶν οὕτω κινουμένων, ὡς ἥ τε φωνὴ κινεῖται λέγουσά τε καί μελῳδοῦσα καὶ τὸ σῶμα ἐμβαῖνόν*[19] *τε καὶ ὀρχούμενον καὶ τὰς λοιπὰς τῶν τοιούτων κινήσεων κινούμενον. Τούτων δὲ οὕτως ἔχειν φαινομένων, δῆλον ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν εἶναί τινας ἐλαχίστους χρόνους, ἐν οἷς ὁ μελῳδῶν θήσει τῶν φθόγγων ἕκαστον. Ὁ αὐτὸς δέ λόγος καὶ περὶ τῶν ξυλλαβῶν δῆλον ὅτι καὶ περὶ τῶν σημείων. Ἐν ᾧ δὴ*[20] *χρόνῳ μήτε*[21]

---

usurpabatur, ut apud Arist. Quinct. p. 32. legitur: *πρῶτος χρόνος — ὃς καὶ σημεῖον καλεῖται.* Sed *σῆμα* an de hac re usitatum fuerit, dubitandum, quamvis adiectiva illa *δίσημος* et reliqua ab hac ipsa voce descendant.

16) M. V. Mor. *τούτων.* Pro quo *τούτῳ*, correctum iam ab Hermanno in recens. diss. Feussneri: de antiqu. metr. et mel. discr., F. in textum recepit.

17) Sic Hermannus l. modo l. pro *κατὰ ταῦτα*, quod habent M. V. Mor. F., quorum utrumque stare potest.

18) *τὸν* deest in V.

19) M. V. Mor. *καὶ τὸ σῆμα σημαῖνόν τε καὶ ὀρχούμενον*, pro quo tentaverit aliquis: *καὶ τὸ σῶμα σημαῖνόν τε καὶ ὀρχ.*, vocem *σημαίνειν* de *σημείοις* illis in motu corporis interpretatus: gestus facere. Qui vocis usus quum demonstrari posse non videretur, conieci aliquando *καὶ τὸ σῶμα σχηματίζόν τε καὶ ὀρχούμενον.* At hoc quoque cedere fas est egregiae Feussneri emendationi *καὶ τὸ σῶμα ἐμβαῖνον τε κ. δ.* Nam *τὴν φωνὴν* in hoc loco necessario sequitur *τὸ σῶμα* (pro quo quod *σῆμα* hic scriptum est, notum sexcenties in codd. has voces alteram in alteram corruptas esse), de motibus autem corporis, etsi substantiva *σημεῖα* et *σχήματα* usitatissima sunt, inter verba tamen nihil magis proprie, quam *βαίνειν, ἐμβαίνειν καὶ ὀρχεῖσθαι.*

20) *δὴ* Mor. e codd. F. *δὲ* scripsit.

21) Mor. *μὴ δὲ.* F. correxit *μήτε.*

δύο φθόγγοι[22] δύνανται τεθῆναι κατὰ μηδένα τρόπον, μήτε δύο ξυλλαβαὶ, μήτε δύο σημεῖα, τοῦτον πρῶτον ἐροῦμεν χρόνον. Ὃν δὲ τρόπον λήψεται τοῦτον ἡ αἴσθησις, φανερὸν ἔσται ἐπὶ τῶν ποδικῶν σχημάτων.

Λέγομεν δέ τινα καὶ ἀσύνθετον χρόνον πρὸς τὴν τῆς ῥυθμοποιΐας χρῆσιν ἀναφέροντες. Ὅτι δ' ἔστιν οὐ τὸ αὐτὸ ῥυθμοποιΐα τε καὶ ῥυθμὸς, σαφὲς μὲν οὔπω ῥᾴδιόν ἐστι ποιῆσαι, πιστευέσθω δὲ διὰ τῆς ῥηθησομένης ὁμοιότητος. Ὥςπερ γὰρ ἐν τῇ τοῦ μέλους φύσει τεθεωρήκαμεν, ὅτι οὐ τὸ αὐτὸ σύστημά τε καὶ μελοποιΐα, οὐδὲ τόνος, οὐδὲ γένος, οὐδὲ μεταβολή·[23] οὕτως ὑποληπτέον ἔχειν καὶ περὶ τοὺς ῥυθμούς τε καὶ ῥυθμοποιΐας[24]· ἐπειδήπερ τοῦ μέλους χρῆσίν τινα τὴν

---

22) M. V. Mor. χρόνοι, quod F. correxit.

23) M. V. Mor. οὔτε μελοποιΐα, quod sensu caret. Caesar (Zimmerm. Zeitschrift f. Alterth. Nov. 1841. p. 22.) τε καὶ μελοποιΐα, F. αὖ καὶ μελοποιΐα, bene uterque quoad sensum. Sed ipsum Aristoxenum dubitari nequit illud hic addidisse, quod solum superest rerum illarum a Graecis in harmonica doctrina tractatarum, quarum ordo ab omnibus servatus hic erat: φθόγγος, διάστημα, σύστημα, τόνος, γένος, μεταβολή, μελοποιΐα. Igitur Aristoxenus, missis prioribus illis ut elementis, primum σύστημα, deinde τόνον (i. e. τρόπον), γένος et μεταβολὴν posuit, quae aeque omnia a μελοποιΐᾳ discrepare dicit.

24) Sic M. V. Mor. Pro quo Feussnero singularis numerus restituendus videbatur, ut Aristoxenus scripserit: περὶ τοῦ ῥυθμοῦ τε καὶ ῥυθμοποιΐας, probante Caesare. Sed primum, quod usum vocis attinet, consentaneum quidem est, a doctrinae musicae scriptoribus in tractanda harmonices et rythmices doctrina partem illam utriusque postremam nonnisi singulari numero appellari. At in universum de his rebus loquentibus etiam pluralis numerus usitatissimus fuit. Sicut enim de singulis componendi sive μέλεα sive ῥυθμοὺς generibus haec vox adhibetur, ut si Plutarch. de mus. p. 681. (Reisk.) τὴν τῶν τριμέτρων ῥυθμοποιΐαν affert, ita de variis componendi generibus atque de ipsis compositionibus pluralem numerum in usu quotidiano familiarissimum fuisse dubitari nequit. De qua re praeter Arist. Quinct. verba a Feussnero indicata (διαφέρουσι δ' ἀλλήλων αἱ μελοποιΐαι γένει, ὡς ἐναρμόνιος, χρωματική, διάτονος, quae Martianus Capella ad verba vertens: „Dissentiunt autem“, inquit, „melopoeiae ipsae modis pluribus inter se“) conferre licet ipsius Aristoxeni locum elem. harm. p. 31., ubi va-

μελοποιΐαν εὕρομεν οὖσαν· ἐπί τε τῆς ῥυθμικῆς πραγματείας τὴν ῥυθμοποιΐαν ὡσαύτως χρῆσίν τινά φαμεν εἶναι. Σαφέστερον δὲ τοῦτο εἰσόμεθα προελθούσης τῆς πραγματείας. Ἀσύνθετον δὴ [25] χρόνον πρὸς τὴν τῆς ῥυθμοποιΐας χρῆσιν βλέποντες ἐροῦμεν [26] οἷον τοιόνδε· ὅταν τι χρόνου μέγεθος ὑπὸ μιᾶς ξυλλαβῆς ἢ ὑπὸ φθόγγου ἑνὸς ἢ σημείου καταληφθῇ, ἀσύνθετον τοῦτον ἐροῦμεν τὸν χρόνον [26]· ἐὰν δὲ αὐτὸ

rios auditorum doctrinae harmonicae errores enarrans: βέλτιον δὲ, inquit, καὶ ἡμῖν φαίνεται, καθάπερ εἴπομεν ἐν ἀρχῇ, τὸ προειδέναι· γίνεται γὰρ ἐνιότε ἐφ' ἑκάτερα ἁμαρτία (sic enim legendum pro ἁρματία)· οἱ μὲν γὰρ μέγα τι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τό μάθημα, καὶ ἔσεσθαι ἔνιοι μὲν (sic enim disiungenda εἶναι et ἔσεσθαι ut καὶ ἔσεσθαι ad sequentia referatur) οὐ μόνον μουσικοὶ ἀκούσαντες τὰ ἁρμονικά, ἀλλὰ βελτίους τὸ ἦθος, παρακούσαντες τῶν ἐν ταῖς δείξεσι λόγων, ὅτι πειρώμεθα ποιεῖν (i. e. exercere) τῶν μελοποιΐων ἑκάστων καὶ τὸ ὅλον τῆς μουσικῆς, vel Gaudentii harm. introd. p. 1. (Meib.): εἰσὶ μὲν γὰρ οὗτοι περὶ φθόγγους τε καὶ διαστήματα καὶ συστήματα, τόνους τε καὶ μεταβολὰς καὶ μελοποιΐας, κατὰ πάντα τὰ γένη τῆς ἁρμονίας, et Plut. de mus. p. 689: περὶ αὐτῶν τῶν Δωρίων μελοποιϊῶν ἀπορεῖται, πότερον κ. τ. λ., vel quod ipsam ῥυθμοποιΐας vocem attinet Plut. de mus. p. 662.: τῇ γὰρ περὶ τὰς ῥυθμοποιΐας ποικιλίᾳ οὔσῃ ποικιλωτέρᾳ ἐχρήσαντο οἱ παλαιοί, et p. 663. . . . . Θαλήτας καὶ Σακάδας· καὶ γὰρ οὗτοι κατά γε τὰς ῥυθμοποιΐας ἱκανοί, et p. 690.: ἐκεῖ καὶ περὶ αὐτῶν τῶν παιωνικῶν ῥυθμοποιϊῶν ἀπορεῖται πότερον κ. τ. λ. Iam igitur nostro loco Aristoxenus, postquam ipsum μέλος nominavit singulasque τῶν ἐν μέλει partes, non rhythmi et rhythmopoeiae notiones, sed ῥυθμοὺς et ῥυθμοποιΐας ex usu quotidiano satis notos affert, rediturus in sequenti periodo ad notiones illas similitudine illustrandas, cuius nunc omnem vim in voce χρῆσιν compingens ne genitivum quidem addidit τοῦ ῥυθμοῦ.

25) Sic scripsi pro δὲ, quod M. V. Mor. F. habent. Redit enim auctor post expositam inter rhythmum et rhythmopoeiam differentiam ad verba ab initio iam inchoata.

26) In codd. totus locus sic scriptus est: Ἀσύνθετον δὲ χρόνον πρὸς τὴν τῆς ῥυθμοποιΐας χρῆσιν βλέποντες ἐροῦμεν· οἷον τόδε τι χρόνου μέγεθος ὑπὸ μιᾶς ξυλλαβῆς ἢ ὑπὸ φθόγγου ἑνὸς ἢ σημείου καταληφθῇ, τοῦτον ἐροῦμεν τὸν χρόνον· ἐὰν δὲ τὸ αὐτὸ μέγεθος κ. τ. λ. Hermann. (Jahn. Jahrb. XIX. p. 372.: καταληφθὲν probante Caesar. l. l. F. pro τόδε τι scripsit ὅταν, et verba τοῦτον

τοῦτο μέγεθος ὑπὸ πλειόνων φθόγγων ἢ ξυλλαβῶν ἢ σημείων καταληφθῇ, σύνθετος ὁ χρόνος οὗτος ῥηθήσεται. Λάβοι δ' ἄν τις παράδειγμα τοῦ εἰρημένου ἐκ τῆς περὶ τὸ ἡρμοσμένον πραγματείας· καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ αὐτὸ μέγεθος ἡ μὲν ἁρμονία σύνθετον τὸ δὲ χρῶμα ἀσύνθετον [27], καὶ πάλιν τὸ μὲν διάτονον ἀσύνθετον, τὸ δὲ χρῶμα σύνθετον, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ αὐτὸ γένος τὸ αὐτὸ μέγεθος ἀσύνθετόν τε καὶ σύνθετον ποιεῖ· οὐ μέντοι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τοῦ συστήματος. Διαφέρει γὰρ τὸ παράδειγμα τοῦ προβλήματος τῷ τὸν μὲν χρόνον ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας ἀσύνθετόν τε καὶ σύνθετον γίνεσθαι· τὸ δὲ διάστημα ὑπ' αὐτῶν τῶν γένων ἢ τῆς τοῦ συστήματος τάξεως. Περὶ μὲν οὖν ἀσυνθέτου καὶ συνθέτου χρόνου καθόλου τοῦτον τὸν τρόπον διωρίσθω. Μερισθέντος δὲ τοῦ προβλήματος ὡδί, ἁπλῶς μὲν ἀσύνθετος λεγέσθω ὁ ὑπὸ μηδενὸς τῶν ῥυθμιζομένων διῃρημένος· ὡσαύτως δὲ καὶ σύνθετος ὁ ὑπὸ πάντων τῶν ῥυθμιζομένων διῃρημένος· πῇ δὲ σύνθετος καὶ πῇ ἀσύνθετος ὁ ὑπὸ μέν τινος διῃρημένος, ὑπὸ δέ τινος ἀδιαίρετος ὤν. Ὁ μὲν οὖν [31] ἁπλῶς ἀσύνθετος τοιοῦτος ἄν τις εἴη, οἷος [28] μήθ' ὑπὸ ξυλλαβῶν πλειόνων, μήθ' ὑπὸ φθόγγων, μήθ' ὑπὸ σημείων κατέχεται· ὁ δ' ἁπλῶς σύνθετος, ὁ ὑπὸ πάντων καὶ πλειόνων ἢ ἑνὸς [29] κατεχόμενος· ὁ δὲ μικτός, ᾧ συμβέβηκεν ὑπὸ φθόγγου μὲν ἑνός, ὑπὸ ξυλλαβῶν δὲ πλειό-

---

ἐροῦμεν τὸν χρόνον seclusit ut eiicienda. Quibus factis oratio bene procedit. Unde vero illa: τοῦτον ἐροῦμεν τὸν χρόνον? Mihi in τόδε latere videbatur τοιόνδε, ita ut Aristoxenus scripserit ἐροῦμεν οἷον τοιόνδε. (Coniungitur enim sic utraque vox, ut apud Platonem passim; οἷον τοιόνδε λέγω.) Quod quum male scriptum esset in codd., evanuit simul novae enuntiationis initium: ὅταν τι χρόνου μέγεθος, cuius apodosis fuit: ἀσύνθετον τοῦτον ἐροῦμεν τὸν χρόνον. Post quae jam recte sequuntur: ἐὰν δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο μέγεθος cet. Sic igitur totum locum rescripsi.

27) Sic M. — V. ἡ μὲν ἁρμονία ἀσύνθετον, τὸ δὲ χρῶμα σύνθετον.

28) M. V. Mor. οἷος ὁ F. articulum delevit.

29) Geppertus l. l. p. 755. verba καὶ πλειόνων ἢ ἑνὸς aut delenda aut emendanda censet, Aristoxeni verbis, quamquam a Feussnero recte ac dilucide expositis, plane non intellectis. Vid. Commentar.

νων καταληφθῆναι [30], ἢ ἀνάπαλιν ὑπὸ ξυλλαβῆς μὲν μιᾶς, ὑπὸ φθόγγων δὲ πλειόνων [31].

Ὧι δὲ σημαινόμεθα τὸν ῥυθμὸν καὶ γνώριμον ποιοῦμεν τῇ αἰσθήσει, πούς ἐστιν εἷς ἢ πλείους ἑνός [32]. Τῶν δὲ ποδῶν οἱ μὲν ἐκ δύο χρόνων σύγκεινται τοῦ τε ἄνω καὶ τοῦ κάτω, οἱ δὲ ἐκ τεττάρων, δύο μὲν τῶν ἄνω δύο δὲ καὶ τῶν κάτω [33]. Ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἑνὸς χρόνου πούς οὐκ ἂν εἴη φανερὸν, ἐπειδήπερ ἓν σημεῖον οὐ ποιεῖ διαίρεσιν χρόνου· ἄνευ γὰρ διαιρέσεως χρόνου πούς οὐ δοκεῖ γίνεσθαι. Τοῦ δὲ λαμβάνειν τὸν πόδα πλείω τῶν δύο σημεῖα τὰ μεγέθη τῶν ποδῶν αἰτιατέον. Οἱ γὰρ ἐλάττους τῶν ποδῶν, εὐπερίληπτον τῇ αἰσθήσει τὸ μέγεθος ἔχοντες, εὐσύνοπτοί εἰσι καὶ διὰ τῶν δύο σημείων· οἱ δὲ μεγάλοι τοὐναντίον πεπόνθασι· δυςπερίληπτον γὰρ τῇ αἰσθήσει τὸ μέγεθος ἔχοντες, πλειόνων δέονται [34] σημείων,

---

30) M. V. καταλήφθη. Mor. f. καταληφθῆναι, nisi paullo ante legendum sit: „συμβέβηκεν, ὅτι ὑπὸ φθόγγου." Prius F. in textum recepit.

31) Geppertio totus locus inde a verbis ὁ μὲν οὖν ἁπλῶς glossema videtur, Aristoxeni distinctione inter ἀσύνθετον et ἁπλῶς ἀσύνθετον χρόνον cet. non intellecta. Vid. Commentar.

32) Verba εἷς ἢ πλείους ἑνός Geppertio l. l. p. 756. male intrusa videntur, argumentum scilicet secuto simile ac supra. (cf. ann. 14. 29. 31.) Vid. Commentar.

33) M. V. Mor. οἱ μὲν ἐκ δύο χρόνων σύγκεινται, τοῦ τε ἄνω καὶ τοῦ κάτω· οἱ δὲ ἐκ τριῶν, δύο μὲν τῶν ἄνω, ἑνὸς δὲ τοῦ κάτω· οἱ δὲ ἐξ ἑνὸς μὲν τοῦ ἄνω δύο δὲ τῶν κάτω. F. ultima sic tentavit: καὶ πάλιν ἐξ ἑνὸς μὲν τοῦ ἄνω δύο δὲ τῶν κάτω· οἱ δὲ ἐκ τεττάρων, δύο τε τῶν ἄνω καὶ δύο τῶν κάτω. Ego certius duxi locum ad normam Pselli corrigere, qui p. 626. (Caesar.) eadem quidem verba simili modo depravata exhibet, nisi quod ἢ ἑνὸς μὲν habet pro οἱ δὲ ἐξ ἑνός, sed p. 625. ex alio, ni fallor, Aristoxeni loco ita rem exponit: οἱ μὲν γὰρ τῶν ποδῶν δύο μόνοις πεφύκασι σημείοις χρῆσθαι, ἄρσει καὶ βάσει· οἱ δὲ τρισὶν, ἄρσει καὶ διπλῇ βάσει· οἱ δὲ τέτρασι, δύο ἄρσεσι καὶ δύο βάσεσιν. Cuius loci vestigia premens rescripsi: οἱ δὲ ἐκ τριῶν, ἑνὸς μὲν τοῦ ἄνω δύο δὲ τῶν κάτω· οἱ δὲ ἐκ τεττάρων, δύο μὲν τῶν ἄνω, δύο δὲ καὶ τῶν κάτω, quod postea Caesarem quoque (Zimmerm. Zeitschrift p. 23.) proposuisse vidi.

34) M. V. Mor. δὲ ὄντες F. δέονται, quod Hermannus in diss.

ὅπως εἰς πλείω μέρη διαιρεθὲν τὸ τοῦ ὅλου ποδὸς μέγεθος εὐσυνοπτότερον γίνηται[35]. Διὰ τί δὲ οὐ γίνεται πλείω σημεῖα τῶν τεττάρων, οἷς ὁ πούς χρῆται κατὰ τὴν αὑτοῦ[36] δύναμιν, ὕστερον δειχθήσεται.

Δεῖ δὲ μὴ διαμαρτεῖν ἐν τοῖς νῦν εἰρημένοις, ὑπολαμβάνοντας, μὴ μερίζεσθαι πόδα εἰς πλείω τῶν τεττάρων ἀριθμῶν[37]. Μερίζονται γὰρ ἔνιοι τῶν ποδῶν εἰς διπλάσιον τοῦ εἰρημένου πλήθους ἀριθμὸν καὶ εἰς πολλαπλάσιον[38]. Ἀλλ' οὐ καθ' αὑτὸν ὁ πούς εἰς τὸ πλέον τοῦ εἰρημένου πλήθους μερίζεται, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας διαιρεῖται τὰς τοιαύτας[39] διαιρέσεις. Νοητέον δὲ χωρὶς τά τε τὴν τοῦ ποδός δύναμιν φυλάσσοντα σημεῖα καὶ τὰς ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας[40] γινομένας διαιρέσεις· καὶ προςθετέον δὲ τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τὰ μὲν ἑκάστου ποδὸς σημεῖα διαμένει ἴσα ὄντα καὶ τῷ ἀρι-

---

de metr. quor. mens. rhythm. p. 5. iam correxerat. Brevioribus inquit, pedibus duo semeia sufficiunt neque pluribus egent, longiores πλειόνων δέονται.

35) M. V. Mor. ὅπως εἰς πλείω μέρη διαιρεθέντος τοῦ ὅλου ποδὸς μέγεθος εὐσυνοπτότερον γίνεται. F. correxit γίνηται, et pro διαιρεθέντος τοῦ ὅλου ποδὸς μέγεθος proposuit διαιρεθὲν τὸ τοῦ ὅλου ποδὸς μέγεθος. Utrumque Hermannus l. modo l. p. 5. iam correxerat. Quod necessarium fuit, nam, utut scribi potuerit μέγεθος sine articulo, at ipsum vocabulum μέγεθος sic non positum fuisse putaverim. Recte autem totius pedis magnitudo in plures partes divisa facilior perceptu fieri dicitur.

36) M. V. Mor. F. αὐτοῦ Herm. l. l. αὑτοῦ.

37) Sic M. V. — Herm. l. l. p. 14. ἀριθμόν. Sed μερίζεσθαι εἰς πλείω hic absolute dictum videtur, ita ut ἀριθμοί, qui hoc quidem loco σημεῖα illa i. e. rhythmicas pedum partes significant, ne debeant quidem cogitari, sed in universum id quod dividendo exsistit i. e. partes. In sequentibus demum Aristoxenus ἀριθμὸν misso proprio illo vocis usu adhibet.

38) Sic V. — M. πολυπλάσιον.

39) Pro τοιαύτας Geppert. Das Verhältn. der Herm. Theor. d. Metr. zur Ueberlieferung p. 5.: γινομένας negligenter scripsit, oculis ad sequentia aberrantibus, ubi τὰς ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας γινομένας διαιρέσεις legitur.

40) Hactenus M. Quae sequuntur solus V. habet.

θμῷ καὶ τῷ μεγέθει· αἱ δ' ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας γινόμεναι διαιρέσεις πολλὴν λαμβάνουσι ποικιλίαν. Ἔσται δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα φανερόν.

Ὥρισται δὲ τῶν ποδῶν ἕκαστος ἤτοι λόγῳ τινὶ ἢ ἀλογίᾳ τοιαύτῃ, ἥτις δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει ἀνὰ μέσον ἔσται. Γένοιτο δὲ τὸ εἰρημένον ὧδε καταφανές· εἰ ληφθείησαν δύο πόδες, ὁ μὲν ἴσον τὸ ἄνω τῷ κάτω ἔχων, καὶ δίσημον ἑκάτερον· ὁ δὲ τὸ μὲν κάτω δίσημον, τὸ δὲ ἄνω ἥμισυ· τρίτος δέ τις ληφθείη ποὺς παρὰ τούτους, τὴν μὲν βάσιν ἴσην αὐτοῖς[41] ἀμφοτέροις ἔχων, τὴν δὲ ἄρσιν[42] μέσον μέγεθος ἔχουσαν τῶν ἄρσεων. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ποὺς ἄλογον μὲν ἕξει τὸ ἄνω πρὸς τὸ[43] κάτω· ἔσται δ' ἡ ἀλογία μεταξὺ δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει, τοῦ τε ἴσου καὶ τοῦ διπλασίου. Καλεῖται δ' οὗτος χορεῖος[44] ἄλογος. Δεῖ δὲ μηδ'[45] ἐνταῦθα διαμαρτεῖν, ἀγνοηθέντος τοῦ τε ῥητοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου, τίνα τρόπον ἐν τοῖς περὶ τοὺς ῥυθμοὺς λαμβάνεται. Ὥςπερ οὖν ἐν τοῖς διαστηματικοῖς στοιχείοις τὸ μὲν κατὰ μέρος ῥητὸν ἐλήφθη, ὅ πρῶτον μέν ἐστι μελῳδούμενον, ἔπειτα γνώριμον κατὰ μέγεθος, ἤτοι ὡς τά τε σύμφωνα καὶ ὁ τόνος, ἢ ὡς τὰ τούτοις σύμμετρα· τὸ δὲ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητὸν[46], ᾧ συνέβαινεν ἀμελῳδήτῳ εἶναι· οὕτω καὶ ἐν τοῖς ῥυθμοῖς ὑποληπτέον ἔχειν τό τε ῥητὸν καὶ τὸ ἄλογον. Τὸ μὲν γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν λαμβάνεται ῥητόν, τὸ[47] δὲ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους. Τὸ μὲν οὖν ἐν ῥυθμῷ λαμβανόμενον ῥητὸν χρόνου μέγεθος πρῶτον μὲν δεῖ τῶν πιπτόντων εἰς τὴν ῥυθμοποιΐαν εἶναι· ἔπειτα

---

41) Sic V. — F. αὖ τοῖς.

42) V. τὴν διαίρεσιν. M. f. τὴν δὲ διαίρεσιν. Boeckh. ind. lectt. a. 1825. p. 8. et F. τὴν δὲ ἄρσιν, quod necessarium.

43) Mor. τόν, quod F. correxit.

44) Mor. χώρειος.

45) Mor. μὴ δ'.

46) V. τὸ δὲ κατὰ τοῦτον ἀριθμῷ μόνους λόγῳ ῥητόν. Mor. coniecit . τὸ δὲ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητόν, quod F. in textum recepit.

47) V. τά, quod iam Mor. correxit.

τοῦ ποδὸς, ἐν ᾧ τέτακται μέρος εἶναι ῥητόν· τὸ δὲ κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν λόγους λαμβανόμενον ῥητὸν τοιοῦτόν τι δεῖ νοεῖν, οἷον ἐν τοῖς διαστηματικοῖς τὸ δωδεκατημόριον τοῦ τόνου καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο ἐν ταῖς τῶν διαστημάτων παραλλαγαῖς λαμβάνεται. Φανερὸν δὲ διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἡ μέση ληφθεῖσα τῶν ἄρσεων[48] οὐκ ἔσται σύμμετρος τῇ βάσει· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν μέτρον ἐστὶ κοινὸν ἔρρυθμον[49].

Τῶν δὲ ποδικῶν διαφορῶν ἐκκείσθωσαν αἱ ἑπτά· πρώτη μὲν, καθ' ἣν μεγέθει διαφέρουσιν ἀλλήλων· δευτέρα δὲ, καθ' ἣν γένει· τρίτη δὲ, καθ' ἣν οἱ μὲν ῥητοὶ οἱ δ' ἄλογοι τῶν ποδῶν εἰσίν· τετάρτη δὲ, καθ' ἣν οἱ μὲν ἀσύνθετοι οἱ δὲ σύνθετοι· πέμπτη δὲ, καθ' ἣν διαιρέσει διαφέρουσιν ἀλλήλων· ἕκτη δὲ, καθ' ἣν σχήματι διαφέρουσιν ἀλλήλων· ἑβδόμη δὲ, καθ' ἣν ἀντιθέσει. Μεγέθει μὲν οὖν διαφέρει ποὺς ποδὸς, ὅταν τὰ μεγέθη τῶν ποδῶν, ἃ κατέχουσιν οἱ πόδες, ἄνισα ᾖ· γένει δὲ, ὅταν οἱ λόγοι διαφέρωσιν[50] ἀλλήλων οἱ τῶν ποδῶν, οἷον ὅταν ὁ μὲν τὸν τοῦ ἴσου λόγον ἔχῃ, ὁ δὲ τὸν τοῦ διπλασίονος[51], ὁ δ' ἄλλον τινὰ τῶν εὐρύθμων χρόνων. Οἱ δ' ἄλογοι διαφέρουσι τῶν ῥητῶν τῷ τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω μὴ εἶναι ῥητόν. Οἱ δ' ἀσύνθετοι τῶν συνθέτων διαφέρουσι τῷ μὴ διαιρεῖσθαι εἰς πόδας, τῶν συνθέτων διαιρουμένων. Διαιρέσει δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων, ὅταν τὸ αὐτὸ μέγεθος εἰς ἄνισα μέρη διαιρεθῇ, ἤτοι κατὰ ἀμφότερα, κατὰ

48) V. εἰρημένων. Mor. pro εἰρημένων: „ἄρσεων legendum puto." Quod F. recepit.

49) Sic Boeckh. l. l. p. 9. pro εὔρυθμον. —

Quae hic in V. legitur inscriptio: διαφοραὶ τῶν ποδῶν, earum est, quae e margine in contextum irrepserunt, quales in Aristox. harm. elem. leguntur p. 15.: ὅρος φθόγγου, ὅρος διαστήματος, p. 16.: διαιρέσεις διαστήματος, p. 17.: συστήματος διαιρέσεις. Chiusmodi inscriptiones non ab ipso auctore, sed a scriptoribus codicum ortas esse, fortuita docet electio satis dilucide. Itaque, quum cohaereant, quae post inscriptionem sequuntur, cum antecedentibus, delevi illam utpote ex scriptorum arbitrio in textum receptam.

50) Mor. διαφέρουσιν, quod Herm. de epitr. dor. p. 11. et F. correxerunt.

51) Herm. l. l. διπλασίου.

τε τὸν ἀριθμὸν καὶ κατὰ τὰ μεγέθη, ἢ κατὰ θἄτερα. Σχήματι δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων, ὅταν τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ αὐτοῦ μεγέθους μὴ ὡςαύτως ᾖ τεταγμένα[52]. Ἀντιθέσει δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων οἱ τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω ἀντικείμενον ἔχοντες. Ἔσται δὲ ἡ διαφορὰ αὕτη ἐν τοῖς ἴσοις μὲν, ἄνισον δὲ ἔχουσι τῷ ἄνω χρόνῳ τὸν κάτω.

Τῶν δὲ ποδῶν τῶν[53] καὶ συνεχῆ ῥυθμοποιΐαν δεχομένων τρία γένη ἐστί· τό τε δακτυλικὸν καὶ τὸ ἰαμβικὸν καὶ τὸ παιωνικόν. Δακτυλικὸν μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ἐν ἴσῳ λόγῳ, ἰαμβικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ διπλασίῳ, παιωνικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ ἡμιολίῳ. Τῶν δὲ ποδῶν ἐλάχιστοι μέν εἰσιν οἱ ἐν τῷ[54] τρισήμῳ μεγέθει· τὸ γὰρ δίσημον[55] μέγεθος παντελῶς ἂν ἔχοι πυκνὴν τὴν ποδικὴν σημασίαν. Γίνονται δὲ ἰαμβικοὶ τῷ γένει οὗτοι οἱ ἐν τρισήμῳ μεγέθει[56] ἐν γὰρ τοῖς τρισὶν[57] ὁ τοῦ διπλασίου μόνος ἔσται λόγος. Δεύτεροι δ' εἰσὶν οἱ ἐν τῷ τετρασήμῳ μεγέθει· εἰσὶ δ' οὗτοι δακτυλικοὶ τῷ γένει· ἐν γὰρ τοῖς τέτρασι δύο λαμβάνονται λόγοι, ὅ τε τοῦ ἴσου καὶ ὁ τοῦ τριπλασίου· ὧν ὁ μὲν τοῦ τριπλασίου οὐκ ἔῤῥυθμός ἐστιν, ὁ δὲ τοῦ ἴσου εἰς τὸ δακτυλικὸν πίπτει γένος. Τρίτοι δέ εἰσι κατὰ τὸ μέγεθος οἱ[58] ἐν πεντασήμῳ μεγέθει[59]· ἐν γὰρ τοῖς πέντε δύο λαμβάνονται λόγοι, ὅ τε τοῦ τετραπλασίου[60] καὶ ὁ τοῦ ἡμιολίου· ὧν ὁ μὲν τοῦ τετραπλασίου[60] οὐκ ἔῤῥυθμός

---

52) Haec vox deest in V. — F. e Ps. Marc. addidit.

53) *τῶν* ante *καὶ* Herm. l. l. p. 10. addidit.

54) V. Mor. *πέντε*, quod Herm. de metr. quor. mens. rhythm. p. 18. et F. correxerunt.

55) V. Mor. *διάσημον*, quod Herm. l. l. et F. correxerunt.

56) V. Mor. F. *γίνονται δὲ ἰαμβικοὶ τῷ γένει οὗτοι ἐν τρισήμῳ μεγέθει*, quod Herm. l. l. sic scripsit: *γίγνονται δὲ ἰαμβικοὶ οὗτοι, οἱ ἐν τρισήμῳ μεγέθει*, verbis *τῷ γένει* sine idonea caussa omissis, quae ita adhaerent voci *ἰαμβικοί*, ut etiam post vocem *γίνονται* recte sequantur.

57) V. *τισὶν*, quod Mor. iam correxit.

58) V. Mor. *οἷον ἐν*. F. correxit.

59) Hoc loco Caesari l. l. p. 27. deesse videbantur verba: *εἰσὶ δ' οὗτοι παιωνικοὶ τῷ γένει.*

60) In ed. F. *τριπλασίου* legitur errore, ut videtur, typographico.

ἐστιν, ὁ δὲ τοῦ ἡμιολίου τὸ παιωνικὸν ποιήσει γένος. Τέταρτοι δέ εἰσιν οἱ ἐν[61] ἑξασήμῳ μεγέθει· ἔστι δὲ τὸ μέγεθος τοῦτο δύο γενῶν κοινὸν, τοῦ τε ἰαμβικοῦ καὶ τοῦ δακτυλικοῦ· ἐν γὰρ τοῖς ἓξ τριῶν λαμβανομένων λόγων[62], τοῦ τε ἴσου καὶ τοῦ διπλασίου καὶ τοῦ πενταπλασίου[63], ὁ μὲν τελευταῖος ῥηθεὶς οὐκ ἔρρυθμός ἐστιν· τῶν δὲ λοιπῶν[64], ὁ μὲν τοῦ ἴσου λόγος εἰς τὸ δακτυλικὸν γένος ἐμπεσεῖται, ὁ δὲ τοῦ διπλασίου εἰς τὸ ἰαμβικόν. Τὸ δὲ ἑπτάσημον μέγεθος οὐκ ἔχει διαίρεσιν ποδικήν· τριῶν γὰρ λαμβανομένων λόγων ἐν τοῖς ἑπτὰ οὐθείς[65] ἐστιν ἔρρυθμος· ὧν εἷς[66] μέν ἐστιν ὁ τοῦ ἐπιτρίτου[67], δεύτερος δὲ ὁ τῶν πέντε πρὸς τὰ δύο, τρίτος δὲ ὁ τοῦ ἑξαπλασίου. Ὥςτε πέμπτοι ἂν εἴησαν οἱ ἐν ὀκτασήμῳ μεγέθει. Ἔσονται δ' οὗτοι δακτυλικοὶ τῷ γένει· ἐπειδήπερ . . . .

61) ἐν F. addidit.

62) V. Mor. ἐν γὰρ τοῖς ἐκ τριῶν λαμβανομένοις λόγων, quod Herm. de metr. quor. mens. rhythm. p. 13., Boeckh. ind. lectt. a. 1825. p. 5. et F. correxerunt.

63) Herm. l. l. pro πενταπλασίου scripsit τετραπλασίου, quod sensu caret, quum haec ratio omnino non insit ἐν τοῖς ἕξ.

64) V. Mor. F. λεγομένων. Pro quo scripsissem προλεγομένων, nisi hoc Graeci προειρημένων dicere solerent. Boeckh l. l. p. 5.: τῶν δὲ πρότερον λεγομένων. Praestare videtur Hermanni (l. l.) correctio λοιπῶν, quod scribendo in brevius contractum, dein male solutum est.

65) V. οὐθ' εἷς. Herm. l. l. p. 12. οὐδείς.

66) Herm. l. l. ὁ εἷς, quod significat ὁ εἷς ἀριθμός.

67) V. ἐπὶ τρίτου. Mor. f. ἐπιτρίτου. Quod F. recepit.

COMMENTARIUS.

Secundum rhythmicorum elementorum librum quum auctor ita sit orsus, ut paucis iteraret antea tractata, perspicuum nobis fecit, de quibus rebus in deperdito illo primo actum fuerit libro. Scilicet in universum de variis rhythmi notionibus earumque differentiis locutus erat eoque rem duxerat, ut iam nunc in secundo libro de ipso, quo liber tendebat, musico rhythmo (*τῷ ἐν μουσικῇ ταττομένῳ ῥυθμῷ*) accuratius exponi posset. Itaque primo libro tractabatur, quae apud Aristidem Quinctilianum p. 31. Meib. legitur, triplex rhythmi natura; hunc enim numerum verisimiliter suggesseris verbis: *ὅτι τοῦ ῥυθμοῦ πλείους εἰσὶ φύσεις*, qua de re Aristides: *ῥυθμὸς*, inquit, *καλεῖται τριχῶς .... ἐπὶ τῶν ἀκινήτων σωμάτων .... καὶ ἐπὶ πάντων κινουμένων .... καὶ ἰδίως ἐπὶ φωνῆς.* Quae Aristides quidem paucis tantum stringit verbis, Aristoxenus accurata et fusa explicatione illustrasse putandus est, cuius partes quodammodo dignosci possunt ex verbis: *καὶ ποία τις αὐτῶν ἑκάστη, καὶ διὰ τίνας αἰτίας τῆς αὐτῆς ἔτυχον προσηγορίας, καὶ τί αὐτῶν ἑκάστῃ ὑπόκειται.* In qua expositione legebantur illa, quae in hoc fragmento ut *ἐν τοῖς ἔμπροςθεν εἰρημένα* notantur: p. 4. *ὅτι μὲν περὶ τοὺς χρόνους ἐστὶν καὶ τὴν τούτων αἴσθησιν, εἴρηται καὶ ἐν τοῖς ἔμπροςθεν*, et p. 6. *ὁ μὲν χρόνος αὐτὸς αὑτὸν οὐ τέμνει, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροςθεν εἴπομεν*, quae posteriora etiam compilator ille anonymus a Bellermanno editus adhibuit Nro. 95. p. 93., ubi scripsit: *ὁ χρόνος ἑαυτὸν οὐ δύναται μετρῆσαι· τοῖς οὖν ἐν αὐτῷ γινομένοις μετρεῖται.* Quibus illa quoque fortasse addenda, quae ut Aristoxeni definitionem Bacchius affert in introd. mus. p. 23. Meib., ubi varias priorum rhythmi definitiones enumerans:

κατὰ δὲ, inquit, *Ἀριστόξενον χρόνος διῃρημένος ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ῥυθμίζεσθαι δυναμένων.*

Quae quum et re vera ab Aristoxeno profecta videantur propter dilucidam illam inter rhythmum et *ῥυθμιζόμενα* distinctionem dicendique rationem vere Aristoxeneam, neque tamen in nostro fragmento inveniantur, ad verba fortasse legebantur in libro primo, in quo quum omnino definitionum locus erat, tum sic in universum rhythmi in motu versantis natura describebatur. Atque adeo excerpta quaedam satis ampla ex hoc ipso libro primo vix dubitari potest nobis servata esse duobus locis Psellianis, quae leguntur apud Caesarem (Neues Rhein. Mus. I.) p. 623., et apud Morellium p. 266. Caes. p. 621. Quorum alter *χρόνους γνωρίμους* et *ἀγνώστους* in rhythmo illustrat, illos e quiescentibus materiae rhythmicae partibus nasci, hos ex transitu ab altera ad alteram partem proficisci exponens, quod apud Psellum, qui in hoc quoque libelli sui loco Aristoxeni verba satis accurate premere videtur, sic legitur:

> *Τῶν δὲ ῥυθμιζομένων ἕκαστον οὔτε κινεῖται συνεχῶς οὔτε ἠρεμεῖ, ἀλλ' ἐναλλάξ. Καὶ τὴν μὲν ἠρεμίαν σημαίνει τό τε σχῆμα καὶ ὁ φθόγγος καὶ ἡ συλλαβή. Οὐδενὸς γὰρ τούτων ἔστιν αἴσθεσθαι ἄνευ τοῦ ἠρεμῆσαι· τὴν δὲ κίνησιν ἡ μετάβασις ἡ ἀπὸ σχήματος ἐπὶ σχῆμα, καὶ ἡ ἀπὸ φθόγγου ἐπὶ φθόγγον, καὶ ἡ ἀπὸ συλλαβῆς ἐπὶ συλλαβήν. Εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ἠρεμιῶν κατεχόμενοι χρόνοι γνώριμοι, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν κινήσεων ἄγνωστοι διὰ σμικρότητα ὥςπερ ὅροι τινὲς ὄντες τῶν ὑπὸ τῶν ἠρεμιῶν κατεχομένων χρόνων. Νοητέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τῶν ῥυθμικῶν συστημάτων ἕκαστον οὐχ ὁμοίως σύγκειται ἔκ τε τῶν γνωρίμων χρόνων κατὰ τὸ ποσὸν καὶ ἐκ τῶν ἀγνώστων, ἀλλ' ἐκ μὲν τῶν γνωρίμων κατὰ τὸ ποσὸν ὡς ἐκ μερῶν τινῶν σύγκεινται τὰ συστήματα, ἐκ δὲ τῶν ἀγνώστων ὡς ἐκ τῶν διοριζόντων τοὺς γνωρίμους κατὰ τὸ ποσὸν χρόνους.*

Alter locus differentiam inter metrum et syllabam describit, qui emendatior sic legitur:

Ὁ δέ γε Ἀριστόξενος, οὐκ ἔστι, φησί, μέτρον ἡ συλλαβή· πᾶν γὰρ μέτρον αὐτό τε ὡρισμένον ἐστὶ κατὰ τὸ ποσὸν καὶ πρὸς τὸ μετρούμενον ὡρισμένως (sic. Cod. Mon., cod. Marc. ὡρισμένον, Mor. ὁρισμόν) ἔχει· ἡ δὲ συλλαβὴ οὐκ ἔστι κατὰ τοῦτο ὡρισμένη πρὸς τὸν ῥυθμόν, ὡς (sic scribendum e cod. Mon. pro καὶ Marciani) τὸ μέτρον πρὸς τὸ μετρούμενον. Ἡ γὰρ συλλαβὴ οὐκ ἀεὶ τὸν αὐτὸν χρόνον κατέχει. Τὸ δὲ μέτρον ἠρεμεῖν δεῖ κατὰ τὸ ποσόν, καθὸ μέτρον ἐστίν, καὶ τὸ τοῦ χρόνου μέτρον ὡςαύτως κατὰ τὸ ἐν τῷ χρόνῳ ποσόν. Ἡ δὲ συλλαβὴ χρόνου τινὸς μέτρον οὖσα οὐκ ἠρεμεῖ κατὰ τὸν χρόνον· μεγέθη (sic enim lego pro μεγέθει, quod in utroque codice) μὲν γὰρ χρόνων οὐκ ἀεὶ τὰ αὐτὰ κατέχουσιν αἱ συλλαβαί, λόγον μέντοι τὸν αὐτὸν ἀεὶ τῶν μεγέθων ἥμισυ μὲν γὰρ κατέχειν τὴν βραχεῖαν χρόνου, διπλάσιον δὲ τὴν μακράν.

Ea quoque, quae apud Psellum proxime praecedunt, in quibus τῶν παλαιῶν ῥυθμικῶν de hac re affertur sententiâ, prorsus eodem modo praeposita fuisse videntur apud philosophum, qui non modo multus, sed plurimus, immo nimius est in refutandis prioribus extollendisque iis, quae ipse aut primus omnino, aut primus recte, docere sibi videbatur. Quod in harmonicorum elementorum libris in unaquaque, ut ita dicam, pagina videre licet, ubi nihil frequentius, quam: περὶ ὧν οὐδεὶς οὐδὲν εἴρηκεν, vel: τοῦτο γὰρ οὐδεὶς πώποτε διώρισε τρόπον τινὰ εἰκότως, et quae his similia iactat, nimia fortasse cupiditate ductus et novitatis et cavillationis. Totus autem ille, quem modo descripsi, locus versatur in refutanda sententia eorum, qui definitioni rhythmi syllabas aliquo modo admiscebant. Sic enim Psellus:

καὶ πρῶτόν γε ὅτι πᾶν μέτρον πρὸς τὸ μετρούμενόν πως καὶ πέφυκε καὶ λέγεται· ὥςτε καὶ ἡ συλλαβὴ οὕτως ἂν ἔχει πρὸς τὸν ῥυθμόν, ὡς τὸ μέτρον πρὸς τὸ μετρούμενον· εἴπερ τοιοῦτόν ἐστι οἷον μετρεῖν τὸν ῥυθμόν. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν τὸν λόγον οἱ παλαιοὶ ἔφασαν

ῥυθμικοί. (ὁ δέ γε Ἀριστόξενος, οὐκ ἔστι, φησὶ, μέτρον κ. τ. λ.)

En compilatorem, continuum sermonis contextum transscribentem! Ceterum definitionis illius, quam carpit Aristoxenus, auctorem non iniuria mihi videor Phaedrum illum suspicari, quem Aristoxeno Bacchius l. l. praemisit, ubi: κατὰ δὲ Φαῖδρον, inquit, ῥυθμός ἐστι συλλαβῶν κειμένων πως πρὸς ἄλληλα ἔμμετρος θέσις, κατὰ δὲ Ἀριστόξενον κ. τ. λ. Quae utut sint, intelligitur ex iis, quae hucusque attuli, quo pacto illae de rhythmi natura disputationes librum compleverint integrum.

Praeterea illud qroque fragmento nostro manifestum fit, Aristoxenum haec ῥυθμικὰ στοιχεῖα post harmonicorum elementorum libros, quorum pars quidem servata nobis est, edidisse. Hos enim dicit, ubi de χρόνῳ ἀσυνθέτῳ exponens: ὥςπερ γάρ, inquit, ἐν τῇ τοῦ μέλους φύσει τεθεωρήκαμεν, ὅτι κ. τ. λ. Iam quum in his ipsis ἁρμονικῶν στοιχείων libris plus semel ac statim ab initio ἐν τοῖς ἔμπροςθεν εἰρημένα tangat, ut p. 2.: ὅτι οὐδένα πεπραγμάτευνται τρόπον οὐδὲ περὶ αὐτῶν τούτων, ὧν ἡμμένοι τυγχάνουσι, σχεδὸν μὲν ἡμῖν γεγένηται φανερὸν ἐν τοῖς ἔμπροςθεν, ὅτε ἐπεσκοποῦμεν τὰς τῶν ἁρμονικῶν δόξας, vel p. 5.: δῆλον δὲ ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροςθεν γέγονεν, vel p. 6.: τεθεώρηται μὲν ἔμπροςθεν, ὅτε αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἐξετάζομεν τὴν πραγμάτειαν ταύτην cet., intelligimus praecessisse his quoque alios libros, non quidem eiusdem de harmonicis elementis operis partes, ita ut huius initium desit, sed aliud opus integrum, in quo in universum de μουσικῇ eiusque notione ac partibus ita expositum erat, ut in libro primo ῥυθμικῶν στοιχείων de notione rhythmi [1]. In quo, ut haec obiter moneam, etiam illud fortasse legebatur, quod Fabius Quintilianus inst. or. I, 10. affert:

«Vocis rationem Aristoxenus musicus dividit in ῥυθμὸν

1) Non illos dico libros, his ipsis verbis: περὶ μουσικῆς inscriptos, quos apud Athenaeum passim laudatos videmus, qui historici argumenti fuisse videntur.

et *μέλος ἔμμετρον*, quorum alterum modulatione, alterum canore ac sonis constat.»

Non minus autem veri simile est, post rhythmicos libros etiam metrica elementa secuta esse, ex quibus Marius Victorinus duxisse videtur, quae scripsit in arte gramm. libr. I. 2506. Putsch.:

«Unde fit, ut in omni metro novissima syllaba indifferens habeatur. Nam Aristoxenus musicus dicit breves finales in metris, si collectiores sint, eo aptiores separationi versus a sequente versu fieri, iccircoque in sexta sede» (senarium dicit) «trisyllabos figura non ponitur, quia moram habet. At contra disyllabos familiaris est, quia celerius desinit, et eo magis, si posteriorem syllabam brevem habuerit.»

Denique quis dubitabit, eundem de *ὀργανικῇ* quoque, parte scilicet musices (Aristoxenus harm. elem. p. 32.: *ἡ ἁρμονικὴ πραγματεία τῆς τοῦ μουσικοῦ ἕξεως, καθάπερ ἥ τε ῥυθμικὴ καὶ ἡ μετρικὴ καὶ ἡ ὀργανική*), in universum scripsisse, cuius vel singuli *περὶ ὀργάνων*, *περὶ αὐλῶν*, *περὶ αὐλητῶν* libri ab Athenaeo laudantur? Quibus omnibus in hunc locum congestis id efficere studuimus, ut probabiliter ostenderemus, Aristoxenum non solum singulis quibusdam ea, quae Aristides Quinctilianus uno suo *περὶ μουσικῆς* opere carptim comprehendit, tractasse scriptis, sed encycliam de musica institutionem composuisse integram, pluribus quidem illam separatam partibus, quas per vitae spatium ediderit alteram post alteram. Quod occasione data verbo quidem significare eo minus negligere volui, quia G. L. Mahne in sua de Aristoxeno diatribe hunc de operum inter se connexu locum omnino non tetigit.

Quibus tandem missis ad ipsum transeo fragmentum, cuius sententias ex ordine ita referam, ut nihil reconditi uspiam relinquatur. Ac primum Aristoxenus, postquam praedixit, locuturum se nunc esse de musico rhythmo, cui sit res cum temporibus, — quod, in libro primo pluribus explicatum, nunc paucis iterat ut principium quodammodo totius de rhythmis scientiae, — distinguendum in hac re esse docet inter

rhythmum ipsum et materiam rhythmi (ὁ ῥυθμὸς καὶ τὸ ῥυθμιζόμενον). Quae, quomodo se habeant, exemplis explicaturus, primum quidem, quomodo alter ad alterum referatur, exponit. Habere enim illa se dicit, ut figuram et materiam figurandam (τὸ σχῆμα καὶ τὸ σχηματιζόμενον). Sicut enim materia figuranda sive corpus plures in se recipit formas, prout partes eius sive omnes sive singulae hoc vel illo ponantur modo, sic etiam materia rhythmi formis refingitur diversis, non pro sua ipsius, sed pro rhythmi natura. Ita eadem verba, in numeros posita diversos, diversitates recipiunt eiusmodi, quae non aliis quam naturae numerorum varietatibus aequales sint. Cuius rei exemplum in promptu est apud Fab. Quint. inst. or. IX. 4. 90., ubi: «Quo fit,» inquit, «ut iisdem verbis alii atque alii versus fiant; ut memini quemdam non ignobilem poëtam ita lusisse:

Astra tenet coelum, mare classes, area messem

hic retrorsum sit Sotadeus. Itemque Sotadeo adiuret retro trimetros:

Caput exseruit mobile pinus repetita».

Aristoxenus, quod in verbis, idem fieri addit in reliquis rebus, quae rhythmo illo formantur, qui in temporibus versatur i. e. praeter λέξιν in cantu et in motu corporis, quae τῶν ῥυθμιζομένων genera auctor postea demum constituit. Deinde accuratius iam de utroque, et ῥυθμῷ et ῥυθμιζομένῳ, exponit; ea est enim diligens atque cauta huius philosophi methodus, quae fallere parum intuentes potest, ita ut versare ille multis modis eandem et unam rem videatur; sic hoc loco primum duarum illarum notionum mutuam inter se relationem exponit, deinde in qua re utraque versetur demonstrat. Itaque similitudine usus eadem, qua antea, et unumquodque corpus figurandum diversum dicit ab unaquaque figura, quippe quum figura ea sit, quae partes corporis aliter atque aliter disponat ordinetque (unde in graeca lingua τὸ σχῆμα ἐκ τοῦ σχεῖν πως, quomodo in latina figura vox a fingendo prodit, vel, quod graeco exemplo similius: habitus ab habendo), et rhythmum ab omni materia, quam afficiens ille formet et,

quod tempora attinet, talem vel talem efficiat. Praeterea in eo utrumque concordare dicit, quod non per se exstant, quum neque figura, ubicunque illud desit, quod eam in se recipiat, possit fieri, neque numerus sine alia re, quae quum receptura in se sit numerum, tum temporis partiatur continuitatem. Iam, quum neque tempus se ipsum partiri possit [2], et alia quapiam opus sit re, quae illud dividat in partes, necessarium esse, separari τὸ ῥυθμιζόμενον partibus sensibilibus (γνωρίμοις μέρεσιν) [3], quae tempus secent dividantque. Quae quum ita sint, illud iam sequi (ἀκόλουθον δέ ἐστι τοῖς εἰρημένοις, quod alias dicere solet: ἐχόμενον δ᾽ἂν εἴη τῶν εἰρημένων vel: τούτων δὲ ὄντων γνωρίμων ἐχόμενον ἂν εἴη, ut harm. elem. p. 13., p. 19. cet.), quod etiam observanti unicuique per se manifestum necesse sit fieri: numerum exsistere, ubi temporum divisio ordinem acceperit certis finibus determinatum. Neque enim omnem temporum seriem rhythmum efficere. Cui sententiae quamvis vel per se, ut ipse ait, clarae ac ratiocinatione vix egenti tamen etiam succurrit per similitudinem. Sicut enim in oratione non omni modo literas componimus neque sonos in cantu, verum pauci tantum utrimque sunt qui revera adhiberi possunt componendi modi, plures, quos neque vox patitur vel in loquendo vel in canendo (utrumque enim comprehendit hic uno verbo: φωνὴ φθεγγομένη), neque sensus recipit, sed repudiat avertitque; quare etiam τὸ ἡρμοσμένον i. e. cantus ad certum systematis ordinem modulatus finibus multo angustioribus circumscriptum est, quam τὸ ἀνάρμοστον [4]; sic etiam plures

---

2) Miris ambagibus haec Hoffmannus circumscribit in libro: Die Wissenschaft der Metrik. p. 136.: „Die Zeit an sich bleibt immer an und für sich ein Ungetheiltes und Ganzes (ὁ μὲν χρόνος αὐτὸς αὑτὸν οὐ τέμνει Aristox.) und erscheint nur darum als Stückwerk, weil materielle oder Stückstoffe sie gleichsam durchschneiden.“

3) Sic γνωρίμοις διαστήμασιν opus est in harmonia, v. Aristox. harm. elem. p. 14.

4) cf. Aristox. harm. elem. p. 18., in quo loco eadem illa, quae hic de rhythmo exponit, de μέλει pluribus explicat verbis hisce: οὐ

temporum consociationes alienae sunt sensui ac repugnantes, nec nisi paucae familiares illi aptaeque, quae ipsam rhythmi induant naturam. Materia vero illa, quae rhythmis formari potest, communis est utrique et numero et innumero (ἀῤῥυθμίᾳ), quorum utrumque in se recipere potest, idonea scilicet illa, quae conformetur in qualescunque temporum compositiones.

Hanc Aristoxeni, quam modo iteravimus, definitionem posteriorum multi suo quisque modo in usum verterunt, ita ut desiecta quidem philosophi membra per omnem inveniamus antiquitatem, auctoris nomine vel addito vel presso. Sic, ut pauca e multis afferam, Marius Victorinus quum scripserit p. 2485. P.:

> «Aristoxenus ait, non omni modo inter se composita tempora rhythmum facere. Nam coitus temporum communis est rhythmo et arrhythmiae, unde, si apte congruant spatia, rhythmum faciunt, si contra, arrhythmiam, ut intelligamus et in ipsa concursione temporum non fortuitam sed certam esse disciplinam,»

ex hoc nostro fragmento commiscuit illam *χρόνων τάξιν*, quem temporum modo coitum vocat, modo concursionem, et τὸ *ῥυθμιζόμενον*, quod Aristoxenus dicit *κοινὸν ἀῤῥυθμίας τε καὶ ῥυθμοῦ*. Martianus autem Capella, quum dicat p. 190. Meib.: «rhythmus igitur est compositio quaedam ex sensibilibus collata temporibus ad aliquem habitum ordinemque connexa,» hoc quidem loco Aristidis sui vestigia non premens ea vertit, quae Psellus ex alio Aristoxeni *ῥυθμικῶν στοιχείων* loco descripsit (Mor. p. 272, Caesar p. 624.): *ἔστι δὲ ὁ μὲν ῥυθμὸς σύστημά τι συγκείμενον ἐκ χρόνων κατά τινας τρό-*

μόνον ἐκ διαστημάτων τε καὶ φθόγγων συνεστάναι δεῖ τὸ ἡρμοσμένον μέλος, ἀλλὰ προςδεῖται συνθέσεώς τινος ποιᾶς, καὶ οὐ τῆς τυχούσης. Δῆλον γὰρ ὡς τό γε ἐκ διαστημάτων τε καὶ φθόγγων συνεστάναι κοινόν ἐστιν· ὑπάρχει γὰρ καὶ τῷ ἀναρμόστῳ. Hinc τὸ *ἡρμοσμένον* similibus definiunt verbis atque rhythmum ut *συγκείμενον ἐκ φθόγγων καὶ διαστημάτων ποιὰν τάξιν ἐχόντων*. cf. Euclidis introd. mus. p. 1.

τε τὸν ἀριθμὸν καὶ κατὰ τὰ μεγέθη, ἢ κατὰ θἄτερα. Σχήματι δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων, ὅταν τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ αὐτοῦ μεγέθους μὴ ὡςαύτως ᾖ τεταγμένα[52]. Ἀντιθέσει δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων οἱ τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω ἀντικείμενον ἔχοντες. Ἔσται δὲ ἡ διαφορὰ αὕτη ἐν τοῖς ἴσοις μὲν, ἄνισον δὲ ἔχουσι τῷ ἄνω χρόνῳ τὸν κάτω.

Τῶν δὲ ποδῶν τῶν[53] καὶ συνεχῆ ῥυθμοποιΐαν δεχομένων τρία γένη ἐστί· τό τε δακτυλικὸν καὶ τὸ ἰαμβικὸν καὶ τὸ παιωνικόν. Δακτυλικὸν μὲν οὖν ἐστι τὸ ἐν ἴσῳ λόγῳ, ἰαμβικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ διπλασίῳ, παιωνικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ ἡμιολίῳ. Τῶν δὲ ποδῶν ἐλάχιστοι μέν εἰσιν οἱ ἐν τῷ[54] τρισήμῳ μεγέθει· τὸ γὰρ δίσημον[55] μέγεθος παντελῶς ἂν ἔχοι πυκνὴν τὴν ποδικὴν σημασίαν. Γίνονται δὲ ἰαμβικοὶ τῷ γένει οὗτοι οἱ ἐν τρισήμῳ μεγέθει[56] ἐν γὰρ τοῖς τρισὶν[57] ὁ τοῦ διπλασίου μόνος ἔσται λόγος. Δεύτεροι δ' εἰσὶν οἱ ἐν τῷ τετρασήμῳ μεγέθει· εἰσὶ δ' οὗτοι δακτυλικοὶ τῷ γένει· ἐν γὰρ τοῖς τέτρασι δύο λαμβάνονται λόγοι, ὅ τε τοῦ ἴσου καὶ ὁ τοῦ τριπλασίου· ὧν ὁ μὲν τοῦ τριπλασίου οὐκ ἔῤῥυθμός ἐστιν, ὁ δὲ τοῦ ἴσου εἰς τὸ δακτυλικὸν πίπτει γένος. Τρίτοι δέ εἰσι κατὰ τὸ μέγεθος οἱ[58] ἐν πεντασήμῳ μεγέθει[59]· ἐν γὰρ τοῖς πέντε δύο λαμβάνονται λόγοι, ὅ τε τοῦ τετραπλασίου[60] καὶ ὁ τοῦ ἡμιολίου· ὧν ὁ μὲν τοῦ τετραπλασίου[60] οὐκ ἔῤῥυθμός

52) Haec vox deest in V. — F. e Ps. Marc. addidit.

53) τῶν ante καὶ Herm. l. l. p. 10. addidit.

54) V. Mor. πέντε, quod Herm. de metr. quor. mens. rhythm. p. 18. et F. correxerunt.

55) V. Mor. διάσημον, quod Herm. l. l. et F. correxerunt.

56) V. Mor. F. γίνονται δὲ ἰαμβικοὶ τῷ γένει οὗτοι ἐν τρισήμῳ μεγέθει, quod Herm. l. l. sic scripsit: γίγνονται δὲ ἰαμβικοὶ οὗτοι, οἱ ἐν τρισήμῳ μεγέθει, verbis τῷ γένει sine idonea caussa omissis, quae ita adhaerent voci ἰαμβικοί, ut etiam post vocem γίνονται recte sequantur.

57) V. τισὶν, quod Mor. iam correxit.

58) V. Mor. οἷον ἐν. F. correxit.

59) Hoc loco Caesari l. l. p. 27. deesse videbantur verba: εἰσὶ δ' οὗτοι παιωνικοὶ τῷ γένει.

60) In ed. F. τριπλασίου legitur errore, ut videtur, typographico.

ἐστιν, ὁ δὲ τοῦ ἡμιολίου τὸ παιωνικὸν ποιήσει γένος. Τέταρτοι δέ εἰσιν οἱ ἐν[61] ἑξασήμῳ μεγέθει· ἔστι δὲ τὸ μέγεθος τοῦτο δύο γενῶν κοινὸν, τοῦ τε ἰαμβικοῦ καὶ τοῦ δακτυλικοῦ· ἐν γὰρ τοῖς ἓξ τριῶν λαμβανομένων λόγων[62], τοῦ τε ἴσου καὶ τοῦ διπλασίου καὶ τοῦ πενταπλασίου[63], ὁ μὲν τελευταῖος ῥηθεὶς οὐκ ἔῤῥυθμός ἐστιν· τῶν δὲ λοιπῶν[64], ὁ μὲν τοῦ ἴσου λόγος εἰς τὸ δακτυλικὸν γένος ἐμπεσεῖται, ὁ δὲ τοῦ διπλασίου εἰς τὸ ἰαμβικόν. Τὸ δὲ ἑπτάσημον μέγεθος οὐκ ἔχει διαίρεσιν ποδικήν· τριῶν γὰρ λαμβανομένων λόγων ἐν τοῖς ἑπτὰ οὐδείς[65] ἐστιν ἔῤῥυθμος· ὧν εἷς[66] μέν ἐστιν ὁ τοῦ ἐπιτρίτου[67], δεύτερος δὲ ὁ τῶν πέντε πρὸς τὰ δύο, τρίτος δὲ ὁ τοῦ ἑξαπλασίου. Ὥςτε πέμπτοι ἂν εἴησαν οἱ ἐν ὀκτασήμῳ μεγέθει. Ἔσονται δ' οὗτοι δακτυλικοὶ τῷ γένει· ἐπειδήπερ . . . .

---

61) ἐν F. addidit.

62) V. Mor. ἐν γὰρ τοῖς ἐκ τριῶν λαμβανομένοις λόγων, quod Herm. de metr. quor. mens. rhythm. p. 13., Boeckh. ind. lectt. a. 1825. p. 5. et F. correxerunt.

63) Herm. l. l. pro πενταπλασίου scripsit τετραπλασίου, quod sensu caret, quum haec ratio omnino non insit ἐν τοῖς ἕξ.

64) V. Mor. F. λεγομένων. Pro quo scripsissem προλεγομένων, nisi hoc Graeci προειρημένων dicere solerent. Boeckh l. l. p. 5.: τῶν δὲ πρότερον λεγομένων. Praestare videtur Hermanni (l. l.) correctio λοιπῶν, quod scribendo in brevius contractum, dein male solutum est.

65) V. οὐδ' εἷς. Herm. l. l. p. 12. οὐδείς.

66) Herm. l. l. ὁ εἷς, quod significat ὁ εἷς ἀριθμός.

67) V. ἐπὶ τρίτου. Mor. f. ἐπιτρίτου. Quod F. recepit.

COMMENTARIUS.

Secundum rhythmicorum elementorum librum quum auctor ita sit orsus, ut paucis iteraret antea tractata, perspicuum nobis fecit, de quibus rebus in deperdito illo primo actum fuerit libro. Scilicet in universum de variis rhythmi notionibus earumque differentiis locutus erat eoque rem duxerat, ut iam nunc in secundo libro de ipso, quo liber tendebat, musico rhythmo (*τῷ ἐν μουσικῇ ταττομένῳ ῥυθμῷ*) accuratius exponi posset. Itaque primo libro tractabatur, quae apud Aristidem Quinctilianum p. 31. Meib. legitur, triplex rhythmi natura; hunc enim numerum verisimiliter suggesseris verbis: *ὅτι τοῦ ῥυθμοῦ πλείους εἰσὶ φύσεις*, qua de re Aristides: *ῥυθμὸς*, inquit, *καλεῖται τριχῶς .... ἐπὶ τῶν ἀκινήτων σωμάτων .... καὶ ἐπὶ πάντων κινουμένων .... καὶ ἰδίως ἐπὶ φωνῆς*. Quae Aristides quidem paucis tantum stringit verbis, Aristoxenus accurata et fusa explicatione illustrasse putandus est, cuius partes quodammodo dignosci possunt ex verbis: *καὶ ποία τις αὐτῶν ἑκάστη, καὶ διὰ τίνας αἰτίας τῆς αὐτῆς ἔτυχον προσηγορίας, καὶ τί αὐτῶν ἑκάστῃ ὑπόκειται*. In qua expositione legebantur illa, quae in hoc fragmento ut *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένα* notantur: p. 4. *ὅτι μὲν περὶ τοὺς χρόνους ἐστὶν καὶ τὴν τούτων αἴσθησιν, εἴρηται καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν*, et p. 6. *ὁ μὲν χρόνος αὐτὸς αὐτὸν οὐ τέμνει, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν*, quae posteriora etiam compilator ille anonymus a Bellermanno editus adhibuit Nro. 95. p. 93., ubi scripsit: *ὁ χρόνος ἑαυτὸν οὐ δύναται μετρῆσαι· τοῖς οὖν ἐν αὐτῷ γινομένοις μετρεῖται*. Quibus illa quoque fortasse addenda, quae ut Aristoxeni definitionem Bacchius affert in introd. mus. p. 23. Meib., ubi varias priorum rhythmi definitiones enumerans:

κατὰ δὲ, inquit, *Ἀριστόξενον χρόνος διῃρημένος ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ῥυθμίζεσθαι δυναμένων.*

Quae quum et re vera ab Aristoxeno profecta videantur propter dilucidam illam inter rhythmum et *ῥυθμιζόμενα* distinctionem dicendique rationem vere Aristoxeneam, neque tamen in nostro fragmento inveniantur, ad verba fortasse legebantur in libro primo, in quo quum omnino definitionum locus erat, tum sic in universum rhythmi in motu versantis natura describebatur. Atque adeo excerpta quaedam satis ampla ex hoc ipso libro primo vix dubitari potest nobis servata esse duobus locis Psellianis, quae leguntur apud Caesarem (Neues Rhein. Mus. I.) p. 623., et apud Morellium p. 266. Caes. p. 621. Quorum alter *χρόνους γνωρίμους* et *ἀγνώστους* in rhythmo illustrat, illos e quiescentibus materiae rhythmicae partibus nasci, hos ex transitu ab altera ad alteram partem proficisci exponens, quod apud Psellum, qui in hoc quoque libelli sui loco Aristoxeni verba satis accurate premere videtur, sic legitur:

Τῶν δὲ ῥυθμιζομένων ἕκαστον οὔτε κινεῖται συνεχῶς οὔτε ἠρεμεῖ, ἀλλ' ἐναλλάξ. Καὶ τὴν μὲν ἠρεμίαν σημαίνει τό τε σχῆμα καὶ ὁ φθόγγος καὶ ἡ συλλαβή. Οὐδενὸς γὰρ τούτων ἔστιν αἴσθεσθαι ἄνευ τοῦ ἠρεμῆσαι· τὴν δὲ κίνησιν ἡ μετάβασις ἡ ἀπὸ σχήματος ἐπὶ σχῆμα, καὶ ἡ ἀπὸ φθόγγου ἐπὶ φθόγγον, καὶ ἡ ἀπὸ συλλαβῆς ἐπὶ συλλαβήν. Εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ἠρεμιῶν κατεχόμενοι χρόνοι γνώριμοι, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν κινήσεων ἄγνωστοι διὰ σμικρότητα ὥςπερ ὅροι τινὲς ὄντες τῶν ὑπὸ τῶν ἠρεμιῶν κατεχομένων χρόνων. Νοητέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τῶν ῥυθμικῶν συστημάτων ἕκαστον οὐχ ὁμοίως σύγκειται ἔκ τε τῶν γνωρίμων χρόνων κατὰ τὸ ποσὸν καὶ ἐκ τῶν ἀγνώστων, ἀλλ' ἐκ μὲν τῶν γνωρίμων κατὰ τὸ ποσὸν ὡς ἐκ μερῶν τινῶν σύγκειται τὰ συστήματα, ἐκ δὲ τῶν ἀγνώστων ὡς ἐκ τῶν διοριζόντων τοὺς γνωρίμους κατὰ τὸ ποσὸν χρόνους.

Alter locus differentiam inter metrum et syllabam describit, qui emendatior sic legitur:

Ὁ δέ γε Ἀριστόξενος, οὐκ ἔστι, φησί, μέτρον ἡ συλλαβή· πᾶν γὰρ μέτρον αὐτό τε ὡρισμένον ἐστὶ κατὰ τὸ ποσὸν καὶ πρὸς τὸ μετρούμενον ὡρισμένως (sic. Cod. Mon., cod. Marc. *ὡρισμένον*, Mor. *ὁρισμόν*) *ἔχει· ἡ δὲ συλλαβὴ οὐκ ἔστι κατὰ τοῦτο ὡρισμένη πρὸς τὸν ῥυθμόν, ὡς* (sic scribendum e cod. Mon. pro *καὶ* Marciani) *τὸ μέτρον πρὸς τὸ μετρούμενον. Ἡ γὰρ συλλαβὴ οὐκ ἀεὶ τὸν αὐτὸν χρόνον κατέχει. Τὸ δὲ μέτρον ἠρεμεῖν δεῖ κατὰ τὸ ποσόν, καθὸ μέτρον ἐστίν, καὶ τὸ τοῦ χρόνου μέτρον ὡςαύτως κατὰ τὸ ἐν τῷ χρόνῳ ποσόν. Ἡ δὲ συλλαβὴ χρόνου τινὸς μέτρον οὖσα οὐκ ἠρεμεῖ κατὰ τὸν χρόνον· μεγέθη* (sic enim lego pro *μεγέθει*, quod in utroque codice) *μὲν γὰρ χρόνων οὐκ ἀεὶ τὰ αὐτὰ κατέχουσιν αἱ συλλαβαί, λόγον μέντοι τὸν αὐτὸν ἀεὶ τῶν μεγέθων ἥμισυ μὲν γὰρ κατέχειν τὴν βραχεῖαν χρόνου, διπλάσιον δὲ τὴν μακράν.*

Ea quoque, quae apud Psellum proxime praecedunt, in quibus *τῶν παλαιῶν ῥυθμικῶν* de hac re affertur sententiá, prorsus eodem modo praeposita fuisse videntur apud philosophum, qui non modo multus, sed plurimus, immo nimius est in refutandis prioribus extollendisque iis, quae ipse aut primus omnino, aut primus recte, docere sibi videbatur. Quod in harmonicorum elementorum libris in unaquaque, ut ita dicam, pagina videre licet, ubi nihil frequentius, quam: *περὶ ὧν οὐδεὶς οὐδὲν εἴρηκεν*, vel: *τοῦτο γὰρ οὐδεὶς πώποτε διώρισε τρόπον τινὰ εἰκότως*, et quae his similia iactat, nimia fortasse cupiditate ductus et novitatis et cavillationis. Totus autem ille, quem modo descripsi, locus versatur in refutanda sententia eorum, qui definitioni rhythmi syllabas aliquo modo admiscebant. Sic enim Psellus:

καὶ πρῶτόν γε ὅτι πᾶν μέτρον πρὸς τὸ μετρούμενόν πως καὶ πέφυκε καὶ λέγεται· ὥςτε καὶ ἡ συλλαβὴ οὕτως ἂν ἔχει πρὸς τὸν ῥυθμόν, ὡς τὸ μέτρον πρὸς τὸ μετρούμενον· εἴπερ τοιοῦτόν ἐστι οἷον μετρεῖν τὸν ῥυθμόν. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν τὸν λόγον οἱ παλαιοὶ ἔφασαν

ῥυθμικοί. (ὁ δέ γε Ἀριστόξενος, οὐκ ἔστι, φησὶ, μέτρον κ. τ. λ.)

En compilatorem, continuum sermonis contextum transscribentem! Ceterum definitionis illius, quam carpit Aristoxenus, auctorem non iniuria mihi videor Phaedrum illum suspicari, quem Aristoxeno Bacchius l. l. praemisit, ubi: κατὰ δὲ Φαῖδρον, inquit, ῥυθμός ἐστι συλλαβῶν κειμένων πως πρὸς ἄλληλα ἔμμετρος θέσις, κατὰ δὲ Ἀριστόξενον κ. τ. λ. Quae utut sint, intelligitur ex iis, quae hucusque attuli, quo pacto illae de rhythmi natura disputationes librum compleverint integrum.

Praeterea illud qroque fragmento nostro manifestum fit, Aristoxenum haec ῥυθμικὰ στοιχεῖα post harmonicorum elementorum libros, quorum pars quidem servata nobis est, edidisse. Hos enim dicit, ubi de χρόνῳ ἀσυνθέτῳ exponens: ὥςπερ γάρ, inquit, ἐν τῇ τοῦ μέλους φύσει τεθεωρήκαμεν, ὅτι κ. τ. λ. Iam quum in his ipsis ἁρμονικῶν στοιχείων libris plus semel ac statim ab initio ἐν τοῖς ἔμπροςθεν εἰρημένα tangat, ut p. 2.: ὅτι οὐδένα πεπραγμάτευνται τρόπον οὐδὲ περὶ αὐτῶν τούτων, ὧν ἡμμένοι τυγχάνουσι, σχεδὸν μὲν ἡμῖν γεγένηται φανερὸν ἐν τοῖς ἔμπροςθεν, ὅτε ἐπεσκοποῦμεν τὰς τῶν ἁρμονικῶν δόξας, vel p. 5.: δῆλον δὲ ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροςθεν γέγονεν, vel p. 6.: τεθεώρηται μὲν ἔμπροςθεν, ὅτε αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἐξετάζομεν τὴν πραγμάτειαν ταύτην cet., intelligimus praecessisse his quoque alios libros, non quidem eiusdem de harmonicis elementis operis partes, ita ut huius initium desit, sed aliud opus integrum, in quo in universum de μουσικῇ eiusque notione ac partibus ita expositum erat, ut in libro primo ῥυθμικῶν στοιχείων de notione rhythmi [1]. In quo, ut haec obiter moneam, etiam illud fortasse legebatur, quod Fabius Quintilianus inst. or. I, 10. affert:

«Vocis rationem Aristoxenus musicus dividit in ῥυθμὸν

---

1) Non illos dico libros, his ipsis verbis: περὶ μουσικῆς inscriptos, quos apud Athenaeum passim laudatos videmus, qui historici argumenti fuisse videntur.

et *μέλος ἔμμετρον*, quorum alterum modulatione, alterum canore ac sonis constat.»

Non minus autem veri simile est, post rhythmicos libros etiam metrica elementa secuta esse, ex quibus Marius Victorinus duxisse videtur, quae scripsit in arte gramm. libr. I. 2506. Putsch.:

«Unde fit, ut in omni metro novissima syllaba indifferens habeatur. Nam Aristoxenus musicus dicit breves finales in metris, si collectiores sint, eo aptiores separationi versus a sequente versu fieri, iccircoque in sexta sede» (senarium dicit) «trisyllabos figura non ponitur, quia moram habet. At contra disyllabos familiaris est, quia celerius desinit, et eo magis, si posteriorem syllabam brevem habuerit.»

Denique quis dubitabit, eundem de *ὀργανικῇ* quoque, parte scilicet musices (Aristoxenus harm. elem. p. 32. : *ἡ ἁρμονικὴ πραγματεία τῆς τοῦ μουσικοῦ ἕξεως, καθάπερ ἥ τε ῥυθμικὴ καὶ ἡ μετρικὴ καὶ ἡ ὀργανική*), in universum scripsisse, cuius vel singuli *περὶ ὀργάνων*, *περὶ αὐλῶν*, *περὶ αὐλητῶν* libri ab Athenaeo laudantur? Quibus omnibus in hunc locum congestis id efficere studuimus, ut probabiliter ostenderemus, Aristoxenum non solum singulis quibusdam ea, quae Aristides Quinctilianus uno suo *περὶ μουσικῆς* opere carptim comprehendit, tractasse scriptis, sed encycliam de musica institutionem composuisse integram, pluribus quidem illam separatam partibus, quas per vitae spatium ediderit alteram post alteram. Quod occasione data verbo quidem significare eo minus negligere volui, quia G. L. Mahne in sua de Aristoxeno diatribe hunc de operum inter se connexu locum omnino non tetigit.

Quibus tandem missis ad ipsum transeo fragmentum, cuius sententias ex ordine ita referam, ut nihil reconditi uspiam relinquatur. Ac primum Aristoxenus, postquam praedixit, locuturum se nunc esse de musico rhythmo, cui sit res cum temporibus, — quod, in libro primo pluribus explicatum, nunc paucis iterat ut principium quodammodo totius de rhythmis scientiae, — distinguendum in hac re esse docet inter

rhythmum ipsum et materiam rhythmi (ὁ ῥυθμὸς καὶ τὸ ῥυθμιζόμενον). Quae, quomodo se habeant, exemplis explicaturus, primum quidem, quomodo alter ad alterum referatur, exponit. Habere enim illa se dicit, ut figuram et materiam figurandam (τὸ σχῆμα καὶ τὸ σχηματιζόμενον). Sicut enim materia figuranda sive corpus plures in se recipit formas, prout partes eius sive omnes sive singulae hoc vel illo ponuntur modo, sic etiam materia rhythmi formis refingitur diversis, non pro sua ipsius, sed pro rhythmi natura. Ita eadem verba, in numeros posita diversos, diversitates recipiunt eiusmodi, quae non aliis quam naturae numerorum varietatibus aequales sint. Cuius rei exemplum in promptu est apud Fab. Quint. inst. or. IX. 4. 90., ubi: «Quo fit,» inquit, «ut iisdem verbis alii atque alii versus fiant; ut memini quemdam non ignobilem poëtam ita lusisse:

Astra tenet coelum, mare classes, area messem

hic retrorsum fit Sotadeus. Itemque Sotadeo adiuvet retro trimetros:

Caput exseruit mobile pinus repetita».

Aristoxenus, quod in verbis, idem fieri addit in reliquis rebus, quae rhythmo illo formantur, qui in temporibus versatur i. e. praeter λέξιν in cantu et in motu corporis, quae τῶν ῥυθμιζομένων genera auctor postea demum constituit. Deinde accuratius iam de utroque, et ῥυθμῷ et ῥυθμιζομένῳ, exponit; ea est enim diligens atque cauta huius philosophi methodus, quae fallere parum intuentes potest, ita ut versare ille multis modis eandem et unam rem videatur; sic hoc loco primum duarum illarum notionum mutuam inter se relationem exponit, deinde in qua re utraque versetur demonstrat. Itaque similitudine usus eadem, qua antea, et unumquodque corpus figurandum diversum dicit ab unaquaque figura, quippe quum figura ea sit, quae partes corporis aliter atque aliter disponat ordinetque (unde in graeca lingua τὸ σχῆμα ἐκ τοῦ σχεῖν πως, quomodo in latina figura vox a fingendo prodit, vel, quod graeco exemplo similius: habitus ab habendo), et rhythmum ab omni materia, quam afficiens ille formet et,

quod tempora attinet, talem vel talem efficiat. Praeterea in eo utrumque concordare dicit, quod non per se exstant, quum neque figura, ubicunque illud desit, quod eam in se recipiat, possit fieri, neque numerus sine alia re, quae quum receptura in se sit numerum, tum temporis partiatur continuitatem. Iam, quum neque tempus se ipsum partiri possit [2], et alia quapiam opus sit re, quae illud dividat in partes, necessarium esse, separari *τὸ ῥυθμιζόμενον* partibus sensibilibus (*γνωρίμοις μέρεσιν*) [3], quae tempus secent dividantque. Quae quum ita sint, illud iam sequi (*ἀκόλουθον δέ ἐστι τοῖς εἰρημένοις*, quod alias dicere solet: *ἐχόμενον δ᾽ ἂν εἴη τῶν εἰρημένων* vel: *τούτων δὲ ὄντων γνωρίμων ἐχόμενον ἂν εἴη*, ut harm. elem. p. 13., p. 19. cet.), quod etiam observanti unicuique per se manifestum necesse sit fieri: numerum exsistere, ubi temporum divisio ordinem acceperit certis finibus determinatum. Neque enim omnem temporum seriem rhythmum efficere. Cui sententiae quamvis vel per se, ut ipse ait, clarae ac ratiocinatione vix egenti tamen etiam succurrit per similitudinem. Sicut enim in oratione non omni modo literas componimus neque sonos in cantu, verum pauci tantum utrimque sunt qui revera adhiberi possunt componendi modi, plures, quos neque vox patitur vel in loquendo vel in canendo (utrumque enim comprehendit hic uno verbo: *φωνὴ φθεγγομένη*), neque sensus recipit, sed repudiat avertitque; quare etiam *τὸ ἡρμοσμένον* i. e. cantus ad certum systematis ordinem modulatus finibus multo angustioribus circumscriptum est, quam *τὸ ἀνάρμοστον* [4]; sic etiam plures

2) Miris ambagibus haec Hoffmannus circumscribit in libro: Die Wissenschaft der Metrik. p. 136.: „Die Zeit an sich bleibt immer an und für sich ein Ungetheiltes und Ganzes (*ὁ μὲν χρόνος αὐτὸς αὑτὸν οὐ τέμνει* Aristox.) und erscheint nur darum als Stückwerk, weil materielle oder Stückstoffe sie gleichsam durchschneiden."

3) Sic *γνωρίμοις διαστήμασιν* opus est in harmonia, v. Aristox. harm. elem. p. 14.

4) cf. Aristox. harm. elem. p. 18., in quo loco eadem illa, quae hic de rhythmo exponit, de *μέλει* pluribus explicat verbis hisce: *οὐ*

temporum consociationes alienae sunt sensui ac repugnantes, nec nisi paucae familiares illi aptaeque, quae ipsam rhythmi induant naturam. Materia vero illa, quae rhythmis formari potest, communis est utrique et numero et innumero (*ἀῤῥυθμίᾳ*), quorum utrumque in se recipere potest, idonea scilicet illa, quae conformetur in qualescunque temporum compositiones.

Hanc Aristoxeni, quam modo iteravimus, definitionem posteriorum multi suo quisque modo in usum verterunt, ita ut desiecta quidem philosophi membra per omnem inveniamus antiquitatem, auctoris nomine vel addito vel presso. Sic, ut pauca e multis afferam, Marius Victorinus quum scripserit p. 2485. P.:

> «Aristoxenus ait, non omni modo inter se composita tempora rhythmum facere. Nam coitus temporum communis est rhythmo et arrhythmiae, unde, si apte congruant spatia, rhythmum faciunt, si contra, arrhythmiam, ut intelligamus et in ipsa concursione temporum non fortuitam sed certam esse disciplinam,»

ex hoc nostro fragmento commiscuit illam *χρόνων τάξιν*, quem temporum modo coitum vocat, modo concursionem, et *τὸ ῥυθμιζόμενον*, quod Aristoxenus dicit *κοινὸν ἀῤῥυθμίας τε καὶ ῥυθμοῦ*. Martianus autem Capella, quum dicat p. 190. Meib.: «rhythmus igitur est compositio quaedam ex sensibilibus collata temporibus ad aliquem habitum ordinemque connexa,» hoc quidem loco Aristidis sui vestigia non premens ea vertit, quae Psellus ex alio Aristoxeni *ῥυθμικῶν στοιχείων* loco descripsit (Mor. p. 272, Caesar p. 624.): *ἔστι δὲ ὁ μὲν ῥυθμὸς σύστημά τι συγκείμενον ἐκ χρόνων κατά τινας τρό-*

μόνον ἐκ διαστημάτων τε καὶ φθόγγων συνεστάναι δεῖ τὸ ἡρμοσμένον μέλος, ἀλλὰ προσδεῖται συνθέσεώς τινος ποιᾶς, καὶ οὐ τῆς τυχούσης. Δῆλον γὰρ ὡς τό γε ἐκ διαστημάτων τε καὶ φθόγγων συνεστάναι κοινόν ἐστιν· ὑπάρχει γὰρ καὶ τῷ ἀναρμόστῳ. Hinc *τὸ ἡρμοσμένον* similibus definiunt verbis atque rhythmum ut *συγκείμενον ἐκ φθόγγων καὶ διαστημάτων ποιὰν τάξιν ἐχόντων.* cf. Euclidis introd. mus. p. 1.

πους ἀφοριζομένων, quibus miscuit γνώριμα illa μέρη nostri fragmenti.

Sed ad propositum. Materiae illae figurandae tempus suis quaeque partibus partiuntur. Sunt autem materiae illae numero tres: oratio, modulatio, motus corporis. Quarum partes tempus dividentes in oratione sunt literae, syllabae, verba (ῥήματα, non proprie hic dicta)[5] et quae sunt huiusmodi omnia (καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις scil. κώλοις sive membris dictionis, enuntiationibus integris cet.); in modulatione (quod scripsit τὸ δὲ μέλος τοῖς ἑαυτοῦ φθόγγοις τε καὶ διαστήμασι, brevius dixit, quod enucleate audiat τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν, οἷον φθόγγοις κ. τ. λ.) soni, intervalla, systemata (i. e. graecae illae sonorum in tetrachordo compositiones); in motu gestus et figurae, et si quid aliud eiusmodi (περιαγωγαὶ videlicet, στροφαί, μεταβάσεις cet.). Sic enim licebit reddere verba auctoris σημείοις τε καὶ σχήμασιν, in quibus dubitari potest de accurato utriusque vocabuli significatu. Ac Feussnerus quidem idem utroque significari ait, non nisi alio quodam modo cogitatum; etenim distingui revera inter utrumque non posse ex loco Aristidis p. 32. argumentari conatur, in quo πρῶτος χρόνος . . . ὃς καὶ σημεῖον καλεῖται . . . . . ἐν κινήσει σώματος περὶ ἓν σχῆμα versari dicitur. Contraria ratiocinatione demonstraveris, φθόγγον non referendum esse inter διαστήματα, quia legitur φθόγγοις τε καὶ διαστήμασιν. Res ita se habere videtur. Graeci, ubi in universum de motu sive saltatione loquuntur, partes illius plerumque σχήματα vocant, quae usitatissima in hac re vox fuit, ideoque etiam ab Aristide adhibita. Hoc vero non pro-

---

5) Hunc locum nova atque subtili paraphrasi circumscribere videtur Hoffmannus in libro: Die Wissenschaft der Metrik p. 119.: qui sublimiori elatiorique quum linguam graecam tum Aristoxenum amplexus intellectu, oracula fundit eiusmodi: „Nach Aristoxenus besteht der rhythmische Körper (sic) aus χρόνος, φωνή und γραμμή (sic), Zeit, Ton und Buchstabe oder Laut.“ Quae quamquam tibi videbuntur incredibilia, sunt tamen illic omnia huius notae. Quod digitulo tetigisse sufficiat.

hibet, quominus Aristoxenus hic omnium ῥυθμιζομένων partes propriis vocibus significaturus post literas syllabasque atque sonos et intervalla accuratius nunc etiam distinguat inter σημεῖα et σχήματα. Quae notiones, quomodo se habeant inter se, non difficile videtur vel ex ipsis vocabulis enucleare. Scilicet primum σημεῖον vox a geometriae usu in musicam doctrinam translata est ad significandum primum quodque et minimum. Cf. Aristid. p. 32. σημεῖον δὲ καλεῖται διὰ τὸ ἀμερὴς εἶναι· καθὸ καὶ οἱ γεωμέτραι τὸ παρά σφισιν ἀμερὲς σημεῖον προσηγόρευσαν. Itaque in rhythmica arte et prima λέξεως tempora σημεῖα dicebant et in saltatione minimas motus partes i. e. singula singularum corporis partium momenta, ex quibus compositis σχῆμα gignitur i. e. totius corporis habitus aliquis et figura (memineris loci p. 5.: διάθεσίς τίς ἐστι τῶν τοῦ σώματος μερῶν τὸ σχῆμα, γινόμενον ἐκ τοῦ σχεῖν πως ἕκαστον αὐτῶν). Quae vocis σημεῖον interpretatio manifeste comprobatur loco Aristidis p. 32., ubi de eadem re disserens: διαιρεῖται δὲ, inquit, ὁ ῥυθμὸς ἐν κινήσει σώματος τοῖς τε σχήμασι καὶ τοῖς τούτων πέρασι, ἃ δὴ καὶ σημεῖα καλεῖται. Quae itidem ex usu geometriae dicta sunt, ut si alibi idem p. 13.: πᾶν μέγεθος τὸ ὑπό τινων περάτων ὁριζόμενον. Eodem modo nunc τὰ τῶν σχημάτων πέρατα σημεῖα vocat, tanquam extremas σχημάτων partes quae ad σχήματα relata perinde se habent, atque singula membra ad corpus totum. Non male Martianus Capella p. 190.: «Numerus ... in gestu figuris determinatis schematisque completur,» imitatus nimirum Aristidis definitionem σημείων, ordinem verborum Aristoxeni. Unum praeterea inter latinos grammaticos inveni, qui τὸ σημεῖον reddidisse videri potest, Atilium Fortunatianum p. 2686. P., ubi sic scripsit: «est etiam rhythmus in corporali motu; et quum histrio indecenter signum aliquod expressit, arhythmos dicimus, decenter eurhythmos» (sic enim scribendum videtur pro: «est etiam rhythmus et in corporali motu, quum histrio» cet). Sic igitur Aristoxenus accuratius locutus σχήμασιν praeposuit σημεῖα, quae etiam postea nominat, ubi de primis temporibus disse-

rens: ἐν ᾧ δὴ χρόνῳ, inquit, μήτε δύο φθόγγοι δύνανται τεθῆναι κατὰ μηδένα τρόπον, μήτε δύο ξυλλαβαὶ, μήτε δύο σημεῖα. Psellus ordinem transscribendo invertit (Caes. p. 623.): διαιρεθήσεται δὲ ὁ χρόνος . . . . ὑπὸ τῆς κινήσεως τοῖς τε σχήμασι καὶ τοῖς σημείοις.

Quae huic Aristoxeni loco subiacent τρία τῶν ῥυθμιζομένων γένη, ea apud Graecos re vera coniuncta fuerunt in omni chorica poësi tum lyrica tum scenica, et in singulorum cantu, ut ἐν τοῖς ἀπὸ σκηνῆς: scilicet λέξις, μέλος, κίνησις σωματική. „Quae cuncta socia", ut Martianus Capella loquitur, „perfectam faciunt cantilenam." Aristidis sunt verba p. 31. ita scribentis: ῥυθμίζεται δὲ ἐν μουσικῇ κίνησις σώματος, μελῳδία, λέξις, . . . ταῦτα δὲ πάντα μιγνυμένα τὴν ᾠδὴν ποιεῖ. Quod Graeci τέλειον μέλος vocant, de quo Aristides p. 6.: τὰ δὲ περὶ μέλος τέλειον συμβαίνοντα κίνησις φωνῆς τε καὶ σώματος· ἔτι δὲ χρόνοι καὶ ἐκ τούτων ῥυθμοί. Nisi quod etiam σωματικὴν κίνησιν seiungunt, quippe quae et per se latiori quodam cum cantu coniuncta sit modo, neque etiam per totos musices fines adhibita, velut in illa lyrica poësi, quae non item chorica. Itaque non modo omittitur interdum tertia illa pars, ut a Platone Polit. III. p. 398. . . . . τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστὶ συγκείμενον, λόγου τε καὶ ἁρμονίας καὶ ῥυθμοῦ, sed etiam ipsum τὸ τέλειον μέλος ita definitum invenimus, ut nulla saltationis ratio habeatur, ut ab anonymo Bellermanni p. 46.: τέλειον δὲ μέλος ἐστὶ τὸ συγκείμενον ἔκ τε λέξεως καὶ μέλους καὶ ῥυθμοῦ. Ceterum ne quis erret Aristidem sic audiens docentem p. 32.: διαιρεῖται δὲ ὁ ῥυθμὸς ἐν μὲν λέξει ταῖς συλλαβαῖς, ἐν δὲ μέλει τοῖς λόγοις τῶν ἄρσεων πρὸς τὰς θέσεις, ἐν δὲ κινήσει τοῖς τε σχήμασι κ. τ. λ„ eumque τοὺς λόγους τῶν ἄρσεων πρὸς τὰς θέσεις errore φθόγγοις illis et διαστήμασιν Aristoxeni supposuisse arbitretur, verbo monendum, Aristidem non de tempore loqui, sed de rhythmo, quem recte in oratione syllabis, in cantu mutuis arsium thesiumque rationibus dividi ait.

Ut ad propositum orationem reducam meam: Aristo-

xenus postquam in universum exposuit, dividi tempora singulis *τῶν ῥυθμιζομένων* partibus, quas deinde nominavit, ad ipsa illa, quae divisione nascuntur, temporis spatia progressus, primum de minimo temporis spatio disserit, quem *πρῶτον χρόνον* graeci artis magistri appellaverunt. Neque enim quum Aristoxenus ita incipiat: *καλείσθω δὲ πρῶτος μὲν τῶν χρόνων*, ipse primus hoc nomen rei dedisse putandus est. Sed est hic philosophi docentis et singulas quasque doctrinae partes quasi constituentis modus loquendi, quo illa quoque, quae multa ante secula sic dicta ac definita fuerunt, in suae doctrinae introducit tenorem. Fuere ante Aristoxenum inde a Laso Epigonoque Ambraciota (quos ipse nominat in harm. elem. p. 3.) non pauci, qui has res docentes primarias illas notiones vocesque constituerant. Iam vero Aristoxenus, sua has res tractans methodo, neque res, quas illi docuerant, neque voces, recipit omnes, quodcunque autem illorum recipit, hac et similibus dicendi formulis alterum post alterum profert. Sic in harmonicis elementis eadem voce *καλείσθω* p. 21. *τὴν δίεσιν ἐναρμόνιον* i. e. minimum in genere enharmonico intervallum, vel p. 58. *τὴν συναφήν* i. e. tetrachordon coniunctionem p. 24. *τὸ πυκνόν* i. e. minimam sonorum in unoquoque tetrachordo distantiam voce *λεγέσθω* introducit, quae omnia invenerat quidem sic dicta ac definita Aristoxenus, at nunc in doctrinam suam ita recipiebat. Itaque nostro loco postquam de segmentis temporum locutus est, quae divisione *τῶν ῥυθμιζομένων* per proprias cuiusque partes oriuntur, sic pergit: *καλείσθω δὲ πρῶτος μὲν τῶν χρόνων* i. e. habeat nunc in doctrinae tenore ac progressu ex temporibus illis, de quibus hucusque sermo fuit, primi temporis nomen cet. Eiusdem igitur generis est hoc *καλείσθω* atque eae quas postea scripsit dictiones: *τοῦτον πρῶτον ἐροῦμεν χρόνον* vel *ἀσύνθετον ἐροῦμεν χρόνον*, futuro nunc tempore locutus propter vocis per totos doctrinae suae fines usum. Iam igitur primum tempus vocatur, quod a nullo prorsus *τῶν ῥυθμιζομένων* dividi potest (*ὑπὸ μηδενὸς τῶν ῥυθμιζομένων*, in quibus verbis *τὸ*: *μηδε-*

νὸς cogitando premendum, ita ut significet: a nulla materiarum rhythmicarum parte ac ne minima quidem), bisemum tempus, quod bis τῷ ῥυθμιζομένῳ dividitur (τούτῳ i. e. a minima illa, quam modo cogitabamus, τοῦ ῥυθμιζομένου parte), trisemum quod ter, quadrisemum, quod quater, et sic deinceps. In quo loco illi longissime a scopo aberrarunt, qui haec ita accipiebant, ac si Aristoxenus syllabas trium, quattuor cet. temporum poneret. Ex quibus unum Apelium sufficiat nominasse, qui in praefatione tom. II. metrices hoc Hermanno tanquam gravissimum, ut opinabatur, argumentum opponebat, ipsum Aristidem (eadem scilicet docentem Aristoxeno p. 33. τούτων ὁ μὲν διπλασίων τοῦ πρώτου, ὁ δὲ τριπλασίων, ὁ δὲ τετραπλασίων,) manifesto nominare trisemum temporis spatium clamitans. Ipse Hermannus contrarium erravit errorem, cui de metr. quor. mens. rhythm. p. 4. haec Aristidis verba, et quae similia apud alios leguntur, ad illa pertinere videbantur, quae de syllabis vocalium pondere consonantiumque multitudine maius minusve auctis apud veteres disputantur. Illud nimirum non cogitabant, de syllabis hic omnino non esse sermonem, sed de temporibus i. e. temporum spatiis, quae λέξεως partibus i. e. syllabis vel una vel pluribus possunt impleri. Ex Apeli ratiocinatione etiam quattuor temporum syllabae statuendae erant, quas quum ille, quamquam re vera in usu erant apud Graecos, in sua doctrina non inveniret, Aristidem in hac re longius progressum esse dictitabat, hoc quidem theoriae exsultanti et comparationi cum rebus harmonicis (scilicet divisioni soni τεταρτημορίῳ) nimis indulgenti condonans. Hoc igitur bene tenendum, in Aristoxeni doctrina nihil nisi temporum spatia cogitari, quae vel syllabis vel sonis vel motibus expleantur, quorum bisema, trisema, quadrisema bis, ter, quater dividuntur a primo illo quod ipsum individuum est tempore. Iam nunc, nomine constituto, ut huius primi temporis indoles ac natura accuratius cognoscatur, Aristoxenus primum ad sensum provocat (τῶν σφόδρα φαινομένων ἐστὶ τῇ αἰσθήσει), ex quo non semel tantum exordium capit disputationis nec

sine singulari ratione, de qua re discipulus Aristotelis in universum disseruit in harm. elem. libr. I. p. 32., ubi priores (Pythagoreos nimirum praecipue innuens) accusat, quod omiserint in his rebus neglexerintque *τὴν αἴσθησιν* ut non satis accuratam, quum tamen musico paene principii loco habenda sit *τῆς αἰσθήσεως ἀκρίβεια*, ad quam, ut alio loco dicit (p. 43.), quaecunque in musica versantur, referuntur omnia (*πρὸς ἣν ἀνάγεται καὶ ταῦτα — τὴν τοῦ ἡρμοσμένου φύσιν* dicit — *καὶ τὰ λοιπὰ τῶν κατὰ μουσικὴν*)[6]. Quo quidem loco etiam inter ea, quae maxime necessaria dicit harmonica elementa tractaturo, primum hoc ponit: *αὐτῶν τῶν φαινομένων καλῶς ληφθέντων*. Itaque omnibus locis rem suam *κατὰ τῆς αἰσθήσεως φαντασίαν* incipere studet (harm. elem. p. 9.) et *ἀποδείξεις* afferre *ὁμολογουμένας τοῖς φαινομένοις* (ibid. p. 32.), omnia vero reiicere, quae *τῶν φαινομένων τῇ αἰσθήσει διημάρτηκεν* (ibid. p. 9.) atque adeo *μάχεται τοῖς φαινομένοις* (ibid. p. 49.) Iam igitur nostro loco *τῶν σφόδρα φαινομένων τῇ αἰσθήσει* esse dicit, non augeri celeritates motuum in infinitum (*ἐπίτασιν λαμβάνειν εἰς ἄπειρον*)[7] sed contrahendi tempora, in quae rerum motarum i. e. vocis loquentis canentisque et saltationis partes collocantur, accelerandique eorum consecutionem certum modum et finem esse (*ἀλλ' ἵστασθαί που συναγομένους τοὺς χρόνους*)[8].

---

6) Multa de generali hac philosophorum dissensione Porphyrius disputat ad Ptolem. harm.

7) Quod simili elementorum harmonicorum loco, ubi de finibus soni organici et humani agit *εἰς ἄπειρον αὔξειν τὴν διάτασιν* dicit p. 14.: *οὔτε γὰρ ἐπὶ τὸ μέγα δύναται ἡ φωνὴ εἰς ἄπειρον αὔξειν τὴν τῆς βαρέως τε καὶ ὀξέως διάτασιν κ. τ. λ.*

8) Nam *τὸ συνάγεσθαι* hic de augenda temporum celeritate dictum est, qua comprimuntur quasi et condensantur tempora, quod stare aliquando dicit et quiescere, similiter locutus atque l. modo l., ubi post verba antea transscripta de voce ita pergit: *οὔτε ἐπὶ τὸ μικρὸν συνάγειν, ἀλλ' ἵσταταί που ἐφ' ἑκάτερα.* Haec enim dictio *ἵστασθαι* cum participio coniuncta propria apud Graecos est de fine in aliqua re inveniendo, ut Aristides de eadem voce humana p. 11. *πέρας*, inquit, *ἐν ταύταις ποιησαμένη ἡ φωνῆς ἀνθρωπινῆς δύναμις ἵσταται.*

Itaque minima quaedam necesse est exsistere tempora, in quae, qui canit, unumquemque ponit sonum, syllabam, motum. Iam igitur, in quod temporis spatium neque duo soni poni possunt ullo modo neque duae syllabae neque duo gestus, huic, inquit, primi temporis nomen proprium sit.

Aristoxenus, priusquam hanc doctrinae partem relinquit, hoc addit: quomodo sensus primum tempus percipiat, in sequentibus manifestum fieri *ἐπὶ τῶν ποδικῶν σχημάτων*. *Ποδικὰ σχήματα* autem sunt arsium thesiumque rationes numeris indicatae, quae nascuntur, ubi certa temporum spatia sic vel illic *τοῦ ῥυθμιζομένου* partibus dividuntur, *σχήματα* inde appellatae, quod divisione illa variae pedum quasi figurae oriuntur. Ita Marius Victorinus p. 2541. P. de hexametro: «recipit», inquit, «pedales figuras tres, has Graeci dicunt *ποδικὰ σχήματα*, nam aut in sex partes dividitur per monopodiam aut in tres per dipodiam et fit trimetrus, aut in duas per cola duo, quibus versus omnis constat, dirimitur.» Hinc Aristoxenus elem. harm. p. 34.: *δῆλον δ' ὅτι καὶ αἱ τῶν διαιρέσεών τε καὶ σχημάτων διαφοραὶ* (i. e. divisiones et quae inde nascuntur figurae) *περὶ μένον τι μέγεθος γίνονται.* Iam igitur locus, quem Aristoxenus innuit verbis *ὃν δὲ τρόπον λήψεται τοῦτον ἡ αἴσθησις, φανερὸν ἔσται ἐπὶ τῶν ποδικῶν σχημάτων*, ille esse videtur, qui in fine fragmenti nostri incipit p. 16., in quo temporum spatia in pedes vario modo dividuntur et in genera rhythmica secernuntur. Illic igitur, aut ubi de rhythmopoeia agebat, etiam prima tempora quomodo sensu perciperentur docebat. Ex quo loco fragmentum servatum esse videtur apud Porphyrium in comm. ad Ptolem. Harm. (Wallis operum mathemat. Vol. III. p. 255.), ubi de *ἀπειρίᾳ τῶν τάσεων* exponens post Platonem Aristoxenum testem affert, primum in libro *περὶ τόνων*, dein *ἐν τῷ περὶ τοῦ πρώτου χρόνου*, ubi sic de illo:

> *Ἐν δὲ τῷ περὶ τοῦ πρώτου χρόνου, καὶ τὴν ἐσομένην ἂν πρός τινων κατηγορίαν ἀπολυόμενος, γράφει ταῦτα· ὅτι δ' εἴπερ εἰσὶν ἑκάστου τῶν ῥυθμῶν ἀγωγαὶ ἄπειροι, ἄπειροι ἔσονται καὶ οἱ πρῶτοι, φανερὸν ἐκ τῶν*

ἔμπροσθεν εἰρημένων· τὸ αὐτὸ δὲ συμβήσεται καὶ περὶ τοὺς διαήμους καὶ τρισήμους καὶ τετρασήμους καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ῥυθμικῶν χρόνων· καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν πρώτων τούτων ἔσται δίσημός τε καὶ τρίσημος καὶ τὰ λοιπὰ τῶν οὕτω λεγομένων ὀνομάτων.

Ceterum praeter illud primi temporis nomen alii veterum voce σημεῖον usi sunt, communi illa, ut supra vidimus (p. 27. et 28.), in significandis quibusvis rebus primis et minimis. Quod apud Aristidem sic legitur p. 32. πρῶτος μὲν οὖν ἐστὶ χρόνος ἄτομος καὶ ἐλάχιστος, ὃς καὶ σημεῖον καλεῖται, apud Fabium Quintilianum inst. or. 9, 4, 51: „inde τετράσημοι, πεντάσημοι, deinceps longiores fiunt percussiones. Nam σημεῖον tempus est unum", apud Longinum proll. ad Hephaest. p. 141. G.: μέτρον καλοῦμεν καὶ τὸν χρόνον: ὅν τινες τῶν ῥυθμικῶν σημεῖον προσαγορεύουσιν cet. Ex quibus scholiastae ad Hephaestionem verbis nonnulli etiam voce σημασία de hac re usi esse videri possunt. Sic enim ille p. 33. ad vocem τετράσημον: σημασίαι οἱ χρόνοι παρὰ τοῖς μετρικοῖς καλοῦνται. At hic minus accurate de singulis temporibus adnotavit, quod Quintilianus loco modo descripto percussiones dixit, quibus temporum numerum metiare. Quod apud Bedam p. 2351. P. legitur: „. . . syllaba brevis tempus recipit unum, quod metrici atomum vocant," minus de nomine, quam de definitione intelligendum est, qualem e. c. apud Aristidem p. 32. legimus: πρῶτος μὲν οὖν ἐστὶ χρόνος ἄτομος καὶ ἐλάχιστος. Latini primum tempus dicebant et signum (σημεῖον) et, quod proprium illis, moram. Illud utrisque, Graecis Romanisque, commune, quod ubicunque temporum spatia sive longitudinem syllabarum metiuntur, breviter χρόνος ac χρόνοι dicunt, et tempus ac tempora. In universum de eiusmodi in verbis propriis differentiis ususque varietate ita cogitandum, ut non solum rhythmicos aliis, aliis metricos usos esse nominibus putemus, sed etiam summos omnino harum doctrinarum auctores suam sibi unumquemque nominum electionem sumpsisse. Ita Aristoxenum videmus quod alii de primis temporibus usurpabant

vocabulum σημεῖον, partibus numerorum proprie rhythmicis i. e. arsibus thesibusque dedisse [9], bisema autem illa trisema etc. tempora, quae aliis, velut Aristidi p. 33. σύνθετοι χρόνοι audiunt, omnino non alio nomine nominasse, ipsum illud σύνθετον autem et ἀσύνθετον suo modo usurpasse, quem paullo post videbimus.

Iam igitur quum haec, quam modo tractavimus, Aristoxeni de primo tempore doctrina omni antiquitati communis fuerit, quas deinde ponit ἀσυνθέτου et συνθέτου χρόνου appellationes, eas solas nobis hodie docet, quum verba quidem eadem ad rhythmicen relata apud alios quoque legantur, sed rem significantia diversam. Etenim praeter primum tempus etiam tempus aliquod incompositum dicit, ratione scilicet habita rhythmopoeiae. Quae quo differat ab ipso rhythmo, nunc primum explicat. Et accurate illam differentiam in hoc quidem doctrinae loco nondum explicari posse (sic enim philosophus μεθοδικῶς ubique rectum servat rerum ordinem), itaque similitudinibus interim ait illustrandam. Sicut enim in harmonica doctrina expositum fuerit (ὥσπερ ἐν τῇ τοῦ μέλους φύσει τεθεωρήκαμεν) [10] interesse inter μελοποιίαν i. e. componendi μέλη usum et exercitationem, quae multiplices illas cantus procreat formas, et συστήματα i. e. varias sonorum plurium quam unius compositiones, sive τόνους vel τρόπους i. e. diversas sonorum ἐν τῷ διὰ πασῶν modulatio-

9) Neque enim in loco huius fragmenti, quem Morellius affert: ἓν σημεῖον οὐ ποιεῖ διαίρεσιν vox nostra σημεῖον de primo tempore dicta est, sed de parte pedis, qualis arsis est vel thesis, quarum utraque aut unius aut plurium temporum esse potest. De qua re Diomedes p. 471. P.: „Pes ergo“, inquit, „tunc dicitur, quando duae sunt syllabae, quoniam arsin et thesin pedibus quaerimus, non ubi duo tempora sunt. Ergo una longa pedem non valebit efficere, quia ictibus duobus arsis et thesis, non gemello tempore perquirenda est.“

10) Sic in sequentibus p. 9.: ἐπειδήπερ, inquit, τοῦ μέλους χρῆσίν τινα τὴν μελοποιίαν εὕρομεν οὖσαν, harmonicorum elementorum libros nimirum innuens; ita in secundi libri initio τὴν περὶ μέλους παντὸς θεωρίαν, qualis sit et quae eius partes, breviter enarravit.

nes[11], sive *γένη* i. e. varias tetrachordōn in intervalla divisiones, ut *ἁρμονίαν*, *χρῶμα*, *διάτονον*, sive denique, quam demum in textu restituimus, *μεταβολὴν* i. e. mutationes et transgressus ab altero systemate ad alterum, quae cuncta affectiones (*πάθη*) sunt musices longeque diversae ab ipso usu et exercitatione, sic etiam in re rhythmica aliud esse rhythmum, aliud usum rhythmorum sive rhythmos componendi exercitationem. Quod postea clarius factum iri promittit (*σαφέστερον δὲ τοῦτο εἰσόμεθα προελθούσης τῆς πραγματείας*), illum operis rhythmici locum dicit, ubi singulis doctrinae regionibus peragratis, ad explicandam ipsam *ῥυθμοποιΐαν* pervenit, quae huius doctrinae postremam partem occupare solebat.

Huius igitur *ῥυθμοποιΐας* ratione habita incompositum tempus vocatur, quod singulis cuiusque *ῥυθμιζομένου* partibus impletur totum: ut una syllaba, sono, gestu uno. Ubicunque autem idem temporis spatium pluribus expletur vel syllabis vel sonis vel gestibus, compositum hoc tempus vocatur. Quod ipsum, ut solet, similitudine e rebus harmonicis ducta magis perspicuum facere conatur: *λάβοι δ' ἄν τις*, inquit, *παράδειγμα τοῦ εἰρημένου ἐκ τῆς περὶ τὸ ἡρμοσμένον πραγματείας*, ubi quum non simpliciter harmonicam dicat, sed *τὴν περὶ τὸ ἡρμοσμένον πραγματείαν*, ipsum suum de harmonicis elementis opus intelligere videtur[12]. Itaque illic quoque idem intervallum in singulis modulationis generibus, enharmonio (quod hic et saepe simpliciter *ἁρμονία* audit), chromatico et diatonico, modo *σύνθετον* modo *ἀσύνθετον* fieri, atque adeo in eodem genere idem *διάστημα* *ἀσύνθετον* et *σύνθετον*, quoad referatur ad hunc vel illum locum systematis,

---

11) quorum nobis hodie duae tantum in usu sunt, maioribus nostris plures, Graecis variis temporibus varius numerus, Aristoxenus tredecim constituebat.

12) Cf. exitum libri primi mutilum quidem illum et imperfectum in quo p. 29. haec certe verba huc pertinentia adhuc leguntur: *ἀσύνθετον δὲ ὑποκείσθω ἐν ἑκάστῳ γένει εἶναι διάστημα κατὰ μέλος, ὃ φωνὴ μελῳδοῦσα μὴ δύναται διαιρεῖν εἰς τὰ διαστήματα.*

Quod exemplum ipsum paucis illustrabo. Quum enim in tribus illis harmoniae generibus tetrachorda ita composita essent, ut in genere enharmonio bis quarta unius soni pars, deinde ditonus sequeretur, (ut Graeci dicunt, v. c. Aristid. p. 18. μελῳδεῖται τὸ ἐναρμόνιον κατὰ δίεσιν καὶ δίεσιν καὶ δίτονον ἀσύνθετον), in genere chromatico bis dimidia soni pars, deinde sonus et dimidium (καθ' ἡμιτόνιον καὶ ἡμιτόνιον καὶ τριημιτόνιον), in genere diatonico denique dimidia soni pars, dein bis sonus (καθ' ἡμιτόνιον καὶ τόνον καὶ τόνον), quae omnia mathematicis et hodiernis signis musicis sic fere describi possunt:

1) ἁρμονία $= \frac{1}{4} + \frac{1}{4} + 2. = 2\frac{1}{2} =$ e. $\frac{e;f}{2}$ · f. a. = e. a.
2) χρῶμα $= \frac{1}{2} + \frac{1}{2} + 1\frac{1}{2} = 2\frac{1}{2} =$ e. f. fis. a. = e. a.
3) διάτονον $= \frac{1}{2} + 1 + 1 = 2\frac{1}{2} =$ e. f. g. a. = e. a.

in his sonorum compositionibus, quod in altera compositum est, in altera erit incompositum, velut τὸ ἡμιτόνιον (quod ipsum exemplum in cod. Aristoxeni Marciano margini adscriptum legitur) in ἁρμονίᾳ compositum, in χρώματι incompositum, vel sonus in διατόνῳ incompositus, in χρώματι compositus est. Denique idem intervallum, e. c. τὸ ἡμιτόνιον, in eodem genere, e. c. in χρώματι, in inferiori tetrachordi regione incompositum, in superiori compositum, vel sonus in inferiori parte τοῦ διατόνου compositus, in superiori incompositus. Plura eiusmodi exempla monente Feussnero Euclides composuit introd. harm. p. 9. Meib. Talis igitur cernitur inter res harmonicas et rhythmicas similitudo, nisi quod in rhythmica in universum per ῥυθμοποιΐαν, quae syllabas, sonos, motus in temporis spatia ponit hoc vel illo modo, incomposita et composita tempora oriuntur, in harmonica autem μελοποιΐα secundum generum diversitatem vel locum systematis composita et incomposita procreat intervalla.

Iam quum in universum (καθόλου) sic discrimen poni possit inter compositum et incompositum tempus, re accuratius distincta (p. 11.: μερισθέντος δὲ τοῦ προβλήματος ὡδί) simpliciter incompositum (ἁπλῶς ἀσύνθετος) appellari

potest tempus, quod nullo prorsus τῶν ῥυθμιζομένων i. e. neque syllabis neque sonis neque motibus divisum est, simpliciter compositum (ὡςαύτως δὲ σύνθετος i. e. ἁπλῶς σύνθετος), quod uniuscuiusque τῶν ῥυθμιζομένων plures quam unam partem comprehendit (ὁ ὑπὸ πάντων καὶ πλειόνων ἢ ἑνὸς κατεχόμενος, in quibus verbis caveas πλειόνων de integrorum ῥυθμιζομένων numero intelligere, significat enim plures τῶν ῥυθμιζομένων partes: ab omnibus ῥυθμιζομένοις, inquit, iisque in plures partes divisis)[13], denique mixtum tempus (μικτός, πῇ ἀσύνθετος καὶ πῇ σύνθετος), quod simul ab altero τῶν ῥυθμιζομένων divisum, ab altero non divisum est, velut quod ab uno sono et pluribus syllabis comprehenditur, vel contra a syllaba una, pluribus autem sonis. Ceterum ne in eo haereas, quod Aristoxenus in hac mixti temporis explicatione σημεῖα τῆς κινήσεως σωματικῆς non attigit: quodcunque tempus vel unum τῶν ῥυθμιζομένων in partes divisum continet, mixtum appellandum est, id quod etiam duorum ῥυθμιζομένων inaequalitate satis demonstrabatur.

Haec temporum in composita et incomposita distinctio hodie quidem, ut dixi, apud solum Aristoxenum exstat, ita ut λεγέσθω illud, quod hic quoque legimus post verba μερισθέντος δὲ τοῦ προβλήματος, re vera ad Aristoxenum tanquam auctorem horum nominum sive potius huius nominum usus referendum videri possit. Nam quae apud Aristidem invenitur compositi et incompositi temporis appellatio, ea quidem ad primum tempus pertinet, quod omnino dividi nequit ab ulla τῶν ῥυθμιζομένων parte, et ad maiora temporis spatia quae possunt dividi. Sic enim ille, postquam τὸν πρῶτον χρόνον pluribus verbis explicavit: σύνθετος δέ ἐστι χρόνος, inquit, ὁ διαιρεῖσθαι δυνάμενος, ubi quae apposuit verba τούτων ὁ μὲν διπλασίων τοῦ πρώτου, ὁ δὲ τριπλασίων ὁ δὲ τετραπλασίων, ea illis respondent, quae Aristoxenum supra vidimus addentem: (p. 7.) δίσημος δὲ ὁ δὶς τούτῳ καταμε-

---

13) id quod Geppertus non percipiens κενοὺς illos λόγους fudit in recens. F. l. l. p. 761.

τρούμενος, τρίσημος δὲ ὁ τρίς, τετράσημος δὲ ὁ τετράκις, quod genus temporum ipse quidem, ut iam supra adnotavimus (p. 34.) non comprehendit uno nomine. Quod vero Aristoxenus illic ita pergit (p. 8.): *κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν μεγέθων τὰ ὀνόματα ἕξει*, Aristides autem abrupta exemplorum serie addit: *μεχρὶ γὰρ τετράδος προῆλθεν ὁ ῥυθμικὸς χρόνος*, huius differentiae caussa in eo posita est, quod Aristides illud temporis intervallum cogitavit, quod est inter *θέσιν* et *θέσιν* (graeco more dictum), *ῥυθμικὸς χρόνος* ab illo nunc nominatum, cuius aequali iteratione rhythmi, ut cum Fabio Quintiliano loquar, sine ulla in contextu varietate ad finem usque decurrunt. Huius autem *μέγεθος* re vera apud Graecos *τὸ τετράσημον* non superabat. Quamquam Hermannus in paeonicis suis et maioribus et minoribus aliter ausus est statuere. Quod Feussnerus p. 41. hunc locum de quattuor *σημείοις*, de quibus rebus paullo post Aristoxenus (p. 13.), intellexit, fugit eum illa *τοῦ πρώτου χρόνου* et *συνθέτου* apud Aristidem manifestissima oppositio. Neque etiam, quae Feussneri fuit coniectura in edit. Aristox. p. 17., Aristidis *χρόνοι ἁπλοῖ* et *πολλαπλοῖ* p. 34. descripti huius generis sunt. De quibus multo etiam longius a vero aberrat Hermanni in recensione Feussneri interpretatio, ex qua *ἁπλοῖ χρόνοι* dicti sint de spondeis, pyrrhichiis, proceleusmaticis, utpote e syllabis eiusdem longitudinis compositis, *πολλαπλοῖ* de dactylis, anapaestis, creticis, qui e syllabis diversorum temporum compositi sunt. Neque iusta est utriusque interpretatio verborum, quae Aristides *τοῖς πολλαπλοῖς* addidit: *οἳ καὶ ποδικοὶ καλοῦνται*, quae Hermannus vel de utroque genere intelligit. Scilicet *χρόνοι* apud Aristidem sunt rhythmica tempora, nulla rhythmopoeiae ratione habita, itaque *χρόνοι ἁπλοῖ* sunt singulae pedum partes, velut arsis et thesis, *χρόνοι πολλαπλοῖ*, qui e pluribus quam uno tempore rhythmico compositi sunt, ideoque, quum in pedes dividi possint, etiam *ποδικοὶ χρόνοι* nominantur. Cuius dicendi modi exemplo sit locus Pselli (apud Mor. p. 284. apud Caes. p. 622.): *καί ἐστι ῥυθμὸς μὲν σύστημά τι συγκείμενον ἐκ τῶν*

ποδικῶν χρόνων (delenda enim vocula τε post καί, a sequentibus iterata), ὧν ὁ μὲν ἄρσεως, ὁ δὲ βάσεως, ὁ δὲ ὅλου ποδός. Nisi quod apud Aristidem ποδικοὶ χρόνοι illi tantum dicuntur, qui pedem (ὅλον πόδα) explent, quos alibi χρόνους ῥυθμικοὺς nominavit. Possunt autem vel ῥυθμικοὶ vel ποδικοὶ vocari, quia rhythmus pedibus constat repetitis. Alius etiam generis esse, quos Aristidus p. 35. dicit συνθέτους καὶ ἀσυνθέτους καὶ μικτοὺς ῥυθμούς, vix opus est monere.

A temporibus Aristoxenus ad pedem transgressus: ᾧ δὲ σημαινόμεθα, inquit, τὸν ῥυθμὸν καὶ γνώριμον ποιοῦμεν τῇ αἰσθήσει, πούς ἐστιν, εἷς ἢ πλείους ἑνός. In qua re propria vox est, qua utitur: σημαίνεσθαι, unde σημασίαι, Romanorum percussiones. His autem percussionibus rhythmus dividitur in partes aequales, ex quibus repetitis ille constat, quo fit, ut totius rhythmi continuitatem sensu percipiamus. Quod Aristides p. 34. aliis verbis dixit: πούς ἐστι μέρος παντὸς ῥυθμοῦ, δι' οὗ τὸν ὅλον καταλαμβάνομεν, in quibus τό: καταλαμβάνομεν respondet Aristoxeni verbis γνώριμον ποιοῦμεν. Quod vero Aristoxenus addidit εἷς ἢ πλείους ἑνός, hoc non intelligendum simpliciter de eiusdem pedis repetitione, quod philosopho imputare nefas erat, sed dictum est de simplicibus pedibus et maioribus, qui et ipsi e simplicibus illis componuntur, de quibus postea plura afferemus (p. 41. sqq.). Nunc sufficiat monuisse, totam rhythmorum seriem in maiores sive minores dividi partes, quarum utraeque certa utebantur repetitione. Post quae Aristoxenus differentiam pedum indicaturus: τῶν δὲ ποδῶν, inquit, οἱ μὲν ἐκ δύο χρόνων σύγκεινται κ. τ. λ. In quibus ne de δισήμοις pedibus cogites, quos Aristoxenus omnino non recepit memineris vocem χρόνοι de partibus illis rhythmi propriis i. e. de arsi et thesi dictam esse; hinc sequitur τῶν τε ἄνω τῶν τε κάτω. Eadem Psellus ap. Mor. p. 301. ap. Caes. p. 625. sic dixit: οἱ μὲν γὰρ τῶν ποδῶν δύο μόνοις πεφύκασι σημείοις χρῆσθαι, ἄρσει καὶ βάσει. Semeia enim sunt illi, quos modo vidimus, χρόνοι. Sunt autem duobus χρόνοις compositi dactyli et anapaesti et proceleusmatici, non item, quos addere quis

voluerit trochaei et iambi, de quibus postea: Aristoxenus pergit: *οἱ δὲ ἐκ τριῶν, ἑνὸς μὲν τοῦ ἄνω, δύο δὲ τῶν κάτω* (sic enim restituimus), quod Psellus ita dixit: *οἱ δὲ τρισὶν, ἄρσει καὶ διπλῇ βάσει*, cuiusmodi sunt cretici et bacchii — *οἱ δὲ ἐκ τεττάρων, δύο μὲν τῶν ἄνω δύο δὲ καὶ τῶν κάτω*, Psellus: *οἱ δὲ τέτρασιν, δύο ἄρσεσι καὶ δύο βάσεσιν*, cuiusmodi iambi et trochaei. Hi enim non singuli cogitabantur, sed in dipodias compositi, propter frequentissimum illum atque adeo unicum dipodiarum usum; unde in metricis quoque nominibus dactylorum quidem singuli numerantur pedes, trochaeorum autem iamborumque dipodiae. His tribus generibus omnis comprehensa est pedum differentia. Nam uno tempore rhythmico pes non constituitur, quum unum *σημεῖον* divisionem temporis non efficiat, sine qua pes fieri omnino non videtur [14]. Plures partes rhythmicae quam quattuor cur non exsistant omnino in rhythmis, Aristoxenus postea se expositurum esse pollicetur. Denique quod pluribus omnino quam duabus pes utatur partibus, eius rei caussam positam esse in magnitudine pedum. Quum enim breviores pedes (i. e. pedes generis paris sive dactylici), magnitudine gavisi sensu facilius percipienda, etiam per duas suas partes rhythmicas non difficulter intelligantur, maiores contra (ut pedes generis paeonici et iambici) propter magnitudinem difficilius percipiendam plura desiderare *σημεῖα*.

Iam in hoc loco duae interponendae videntur explicationes. Et altera quidem de usu vocis *σημεῖον* apud rhythmicos graecos, qui quum non intelligeretur, turbae exortae sunt paene implacabiles. Quid enim? Boeckhius v. c. de metris Pindari p. 22. scripsit: ex Aristoxeni doctrina rhythmicum pedem, simplicem quidem, secundum suam naturam non posse ex pluribus quattuor moris constare, quod ite-

---

14) Quod Aristoxenus brevius dixit *ἄνευ γὰρ διαιρέσεως χρόνου πούς οὐ δοκεῖ γίνεσθαι*, enucleatius Psellus p. 622. Caes.: *ὁ δὲ ῥυθμὸς οὐ γίνεται ἐξ ἑνὸς χρόνου, ἀλλὰ προσδεῖται ἡ γένεσις αὐτοῦ τοῦ τε προτέρου καὶ τοῦ ὑστέρου.* cf. p. 626.: *ἄνευ γὰρ κτλ.*

ravit ind. lectt. a. 1825. p. 5. not. 6. . . . . usque ad maximam simplicis pedis mensuram . . . . ., quae Aristoxeno auctore est tetrasema ». Hermannus de metr. quor. mens. rhythm. p. 5. Aristoxeni σημεῖον de parte pedis, una sive syllaba seu sono seu motu impleta, interpretabatur, quod de dor. epitr. p. 7. clarius etiam exposuit, duo, tria, quattuor Aristoxeni, quae modo invenimus σημεῖα ita imitatus, ut in genere iambico poneret 2 . 1, in dactylico 2 . 1 + 1, in paeonico 2 . 1 + 1 + 1, his scilicet signis syllabarum numerum describens. Quid, quod ex sua uterque interpretatione argumenta petit multiplicia? Illud intelligendum erat, Aristoxenum vocem σημεῖα, ut vocem χρόνους, de rhythmicis pedis partibus usurpasse; quae, ut Psellus p. 623. Caes. loquitur, σημεῖον ποδικοῦ μέγεθος κατέχουσι, quales arses et theses sunt. Haec vero σημεῖα unam, duas et, ut postea videbimus, vel quattuor et quinque non modo tempora, sed etiam syllabas comprehendere possunt. . . . . .

Deinde, quae hic ab Aristoxeno vel verbis illis εἷς ἢ πλείους ἑνὸς tangitur pedum αὔξησις vel πλήρωσις (hae enim propriae de hac re voces sunt: αὐξάνεσθαι sive πληροῦσθαι), eam ex ceteris quae supersunt vestigiis, explicare non supervacaneum videtur. Quae doctrina a summis artis metricae auctoribus, Hermannum dico Boeckhiumque, prorsus neglecta a Feussnero primum restituta est. Auctores nobis sunt Psellus, qui ex ipso Aristoxeno sua hausisse facile creditur; et Aristides Quinctilianus eum Martiano suo. Scilicet praeter pedes illos vulgo notos rhythmici graeci etiam maiores constituebant, quibus repetitis totam rhythmorum perpetuitatem metiebantur. Sicut enim hodie in musica non solum variis σημασίας ῥυθμικῆς generibus utimur, sed etiam in unoquoque genere simplicioribus formis et compositis, ut in genere pari rhythmos ponimus duorum, quattuor, octo quadrantium, in genere impari sive, ut graeco more dicam, duplici rhythmos trium, sex, novem trientium (sic enim res cogitanda: $^3/_3$. $^6/_3$. $^9/_3$., etsi usus parem solummodo in utroque genere adhibet numerum, sic: $^3/_4$. $^3/_8$.), ita rhythmici

quoque illi Graecorum in unoquoque genere simplicis σημασίας prolationem statuebant. Ita genus par sive dactylicum, cuius pes simplex τετράσημος est i. e. quattuor tempora comprehendit, auctum est quater, ita ut maximus eius pes sive pedum compositio ἑκκαιδεκάσημος exsisteret, σημείοις quidem ille non pluribus atque simplex pes comprehensus h. e. duobus. Hoc est, quod Psellus dixit: τὸ δὲ δακτυλικὸν μέχρι τοῦ ἑκκαιδεκασήμου (sic enim recte Feussnerus pro ὀκτωκαιδεκασήμου post Morellium, qui iustam hanc suam emendationem non iusto loco textui inseruit) et Aristides. p. 35.: τὸ μὲν οὖν ἴσον γένος ἄρχεται μὲν ἀπὸ δισήμου, πληροῦται δὲ ἕως ἑκκαιδεκασήμου. Mart. Cap. p. 192. Meib. «aequale igitur est numeri genus quod a disemo usque in sedecim pedes procedit. In quo loco ipse Martianus neglegentia vel potius inscitia peccasse videtur pedes dicens pro temporibus; nam quas Meibomius p. 259. restituere vult voces syllabas vel signa, quo vocabulo ter in pagina praecedenti Martianum usum esse dicit, earum utraque falsa; de sedecim enim syllabis hic sermonem non esse, vix opus est monere; signa autem Martianus in praecedentibus rhythmicorum σημεῖα dixit i. e. arses et theses, quae hic intrusae vel vitiosiores essent syllabis. Deinde genus paeonicum, cuius simplex pes quinque comprehendit tempora prima, quinquies augeri poterat, ita ut maximus huius generis pes πεντεκαιεικοσάσημος exsisteret [15]. Psellus: τὸ δὲ παιωνικὸν μέχρι τοῦ πεντεκαιεικοσασήμου, Aristides: τὸ δὲ ἡμιόλιον ἄρχεται μὲν ἀπὸ πεντασήμου, πληροῦται δὲ ἕως πεντεκαιεικοσασήμου. Martianus Capella: «hemiolium sane a pentasemo ducit exordium, impletur autem XXV. numero» (quod necessarium pro XV. numero codicum). Denique in iambico genere augebatur illa, quam usus ferebat, dipodia ter, ita ut maximus in hoc genere pes ὀκτωκαιδεκάσημος exsisteret. Psellus: αὔξάνεσθαι δὲ φαίνεται τὸ μὲν ἰαμβικὸν γένος μέχρι τοῦ ὀκτωκαιδεκασήμου μεγέθους, ὥςτε γίνεσθαι τὸν μέγιστον πόδα ἑξαπλάσιον τοῦ

15) Apud Boeckhium ind. lectt. 1825. p. 4. legitur: ... sescuplicis usque ad viginti tempora, fortasse errore typographico.

ἐλαχίστου. Aristides: τὸ δὲ διπλάσιον ἄρχεται μὲν ἀπὸ τρισήμου, περαιοῦται δὲ ἕως ὀκτωκαιδεκασήμου. Mart. Cap.: « Duplum vero incipit a trisemo, decem et octo autem syllabas in finem usque deducit. » In quibus verbis similis, quae supra, apparet Martiani neglegentia; pro syllabis enim tempora dicenda erant. Itaque plurimum augebatur genus iambicum, dein sequebatur genus paeonicum, utrumque superans dactylicum, quod ideo factum est, quia in utroque numerus σημείων maior fuit. Psellus: αὔξεται δὲ ἐπὶ πλειόνων τό τε ἰαμβικὸν γένος καὶ τὸ παιωνικὸν τοῦ δακτυλικοῦ ὅτι πλείοσι σημείοις ἑκάτερον αὐτῶν χρῆται. Ex quibus verbis necessario colligitur, in genere iambico ἑξάσημον δυαδικήν, ut cum scholiasta Hephaestionis loquar (p. 33.), cogitari. Quae omnia bene distinguenda sunt a metrica illa singulorum pedum repetitione, ad σημασίαν omnino non pertinente, quam Aristides descripsit p. 51. sq., Hephaestio singulis locis, ex qua dactylus augebatur usque ad hexametrum, anapaestus usque ad tetrametrum cet. Alius etiam generis sunt, quas Marius Victorinus p. 2485. P. e graecis auctoribus affert παραυξήσεις, συλλαβικὴν alteram, qua pedes a disyllabis ad hexasyllabos, alteram ῥυθμικήν, qua tempora pedum a duobus ad duodecim procedere dicuntur.

Ut ad Aristoxenum revertar: quae exposuit de magnitudine pedum numeroque σημείων in iis adhibito, haec non ita intelligenda esse ait, tanquam in ipsis pedibus non plures exsistant partes, quam quattuor: immo in nonnullis in duplicem numerum et in multiplicem augeri pedum partes. Hoc vero, inquit, per rhythmopoeiam fit, quae, manente rhythmicarum uniuscuiusque pedis partium et numero et magnitudine, multas ac multifarias efficit divisiones. Quam rem pluribus tetigit in loco harmonicorum elementorum (p. 33.), ubi τοῦ μένοντος et κινουμένου per totos harmoniae fines dispersi similitudines afferens: πάλιν, inquit, ἐν τοῖς περὶ τοὺς ῥυθμοὺς πολλὰ τοιαῦθ' ὁρῶμεν γινόμενα. Quae deinceps enumerat singula. Ac primum καὶ γὰρ μένοντος τοῦ λόγου, καθ' ὃν διώρισται τὰ γένη (γένος ἴσον dicit et

διπλάσιον et *ἡμιόλιον*), *τὰ μεγέθη κινεῖται τῶν ποδῶν διὰ τὴν τῆς ἀγωγῆς δύναμιν.* Quod miror non recte interpretari quos vidi omnes. Boeckhius enim (de metr. Pind. p. 46.) hoc vel de singulis unius dipodiae pedibus intelligebat, et mutatione ductus effici, ut singulorum ordinum partes aequo incedant gradu, contendebat, celerioris ductus exemplum proponens hunc Homeri versum:

αὖθις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀνειδής,

tardioris hunc:

ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε,

quibus infeliciora et alieniora afferri omnino non poterant, scilicet in eundem ductum Homerus hic graviorem, illic vivaciorem composuit versum, ut taceam de versu hexametro, cantu destituto, sine quo omnino nullus de ductu sermo. Hermannus (de epitr. dor. p. 8,) non ad partem aliquam unius ordinis, ut dipodiae, sed ad integrum aliquem rhythmum ut ad stropham, ad versum, ad membrum versus pertinere ductum dictitabat, membri quidem exemplo allato vel infeliciori Boeckhianis exemplis — trochaeo semanto. Quippe idem per longiores brevioresque syllabas viget ductus, per quem ipsum demum longitudinis syllabarum metimur rationes. Feussnerus quoque (ed. Aristox. p. 34.) de singulis rhythmorum locis celerius vel tardius cantatis verba illa interpretabatur. Fefellit omnes, quod Aristoxenus posuit *τὰ μεγέθη τῶν ποδῶν*, tanquam hoc dictum esset de singulorum inter reliquum rhythmum pedum celeritate vel aucta vel minuta. At *τὰ μεγέθη τῶν ποδῶν* sunt illa temporum spatia, per rhythmos repetita, qui, ut cum Fab. Quintiliano 9, 4, 55. loquar, sine ulla in contextu varietate, qua coeperunt sublatione et positione, ad finem usque decurrunt. Hoc igitur Aristoxenus dicit: per ductum vel tardius vel celerius totos pedes, vel, quod idem est, totos rhythmos cani. Quod luce clarius exposuit Aristides verbis nostro loco simillimis p. 42.: *ἀγωγὴ δέ ἐστι ῥυθμικὴ χρόνων τάχος ἢ βραδύτης, οἷον ὅταν τῶν λόγων σωζομένων, οὓς αἱ θέσεις ποιοῦνται πρὸς τὰς ἄρσεις, διαφόρως ἑκάστου χρό-*

νου τὰ μεγέθη προςφερώμεθα. In quibus *ἑκάστου χρόνου τὰ μεγέθη* idem dicunt atque Aristoxeni *τὰ μεγέθη τῶν ποδῶν.* Nam ubi *ἑκάστου χρόνου τὰ μεγέθη* (i. e. minimae illius pedum partis spatia) mutantur, etiam *τὰ μεγέθη τῶν ποδῶν* i. e. integrorum pedum spatia ideoque totius rhythmorum decursus celeritas mutatur.

Hoc igitur primum fuit *τοῦ κινουμένου* in rhythmis exemplum. Aristoxenus ita pergit: *καὶ τῶν μεγέθων μενόντων ἀνόμοιοι γίνονται οἱ πόδες, καὶ τὸ αὐτὸ μέγεθος πόδα τε δύναται καὶ συζυγίαν.* Quae verba inde a Meibomio plurimis diversissimisque viri docti interpretati sunt modis, attamen vera desideratur explicatio. Scilicet duo significantur, primum *ἀνομοιότης* pedum, ex qua in eadem temporis spatia (*τῶν μεγέθων μενόντων*) pedes collocari possunt diversi generis, ut trochaeus vel dactylus; deinde verbis *καὶ τὸ αὐτὸ μέγεθος πόδα τε δύναται καὶ συζυγίαν* hoc additur, in eodem temporis spatio non solum pedes mutari posse inter se, sed vel pedes et duplices pedum compositiones. Quod quomodo fiat, ex ea quam supra commemoravimus pedum *αὐξήσει* facile intelligitur, ex qua e. c. in genere pari, quod duobus *σημαίνεται σημείοις*, singula *σημεῖα* vel unum vel duos comprehendere possunt dactylos sive spondeos. Unde in nostro loco Aristoxenus: *μερίζονται ἔνιοι τῶν ποδῶν εἰς τὸ διπλάσιον τοῦ εἰρημένου πλήθους ἀριθμὸν καὶ εἰς πολλαπλάσιον;* nam in eodem genere dactylico per rhythmopoeiam in maiori illo octo temporum pede quattuor, in maximo sedecim temporum pede octo divisiones rhythmicae nascuntur, manentibus duobus illis generis dactylici *σημείοις.*

Aristoxenus post illa: *δῆλον δὲ ὅτι καὶ αἱ τῶν διαιρέσεών τε καὶ σχημάτων διαφοραὶ περὶ μένον τι μέγεθος γίνονται.* Quibus variae illae significantur divisiones, quae idem temporis spatium vel in inaequales partes partiuntur (ut si sex temporum spatium in dipodiae trochaicae vel in choriambi formam dividitur) vel in aequales, sed contrario positas ordine (ut si idem temporis spatium in trochaeos sive iambos). De quibus rebus proprie dicebant differre

inter pedes: *διαιρέσει καὶ σχήματι*, quod ipse Aristoxenus paullo post explicabit. Quae denique addit: *καθόλου δ' εἰπεῖν, ἡ μὲν ῥυθμοποιΐα πολλὰς καὶ παντοδαπὰς κινήσεις κινεῖται· οἱ δὲ πόδες, οἷς σημαινόμεθα τοὺς ῥυθμοὺς, ἁπλᾶς τε καὶ τὰς αὐτὰς ἀεί*, eadem sunt, quae in nostri loci fine collocavit, ubi dixit: *ὅτι τὰ μὲν ἑκάστου ποδὸς σημεῖα διαμένει ἴσα ὄντα καὶ τῷ ἀριθμῷ καὶ τῷ μεγέθει* (nisi quod hic partes pedum i. e. arsin et thesin nominat, quae ubi eadem manent et numero et magnitudine, etiam pedes, quibus rhythmi significantur, iidem manebunt), *αἱ δ' ὑπὸ τῆς ῥυθμοποιΐας γινόμεναι διαιρέσεις* (quibus hic singulas illas, quae antea vidimus, rhythmopoeiae mutationes comprehendit omnes) *πολλὴν λαμβάνουσι ποικιλίαν*. Ceterum hanc rhythmopoeiae vim saepe descriptam legimus per antiquitatem. Quod quum aliquando rhetorica magis ubertate ac libertate, quam cauta et significanti temperantia factum sit, — ut apud Dionysium Halicarnassensem de comp. verbb. cap. 11., ubi talia leguntur: *ἡ δὲ ῥυθμικὴ καὶ μουσικὴ μεταβάλλουσι αὐτὰς* (*τὰς συλλαβὰς*) *μειοῦσαι καὶ αὔξουσαι, ὥςτε πολλάκις εἰς τἀναντία μεταχωρεῖν· οὐ γὰρ ταῖς συλλαβαῖς ἀπευθύνουσι τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τοῖς χρόνοις τὰς συλλαβάς*, vel apud Longinum proll. ad Heph. p. 139. G., ubi *ῥυθμὸς ἕλκειν τοὺς χρόνους ὡς βούλεται*, atque saepe *καὶ τὸν βραχὺν μακρὸν ποιεῖν* dicitur; quod latine apud Marium Victorinum p. 2484. P. legitur: «nam, ut volet protrahit tempora (rhythmus), ita ut breve tempus plerumque longum efficiat, longum contrahat» cet. — turbati hodie multi sunt et in errorem inducti gravissimum, tanquam in cantu veterum lege prorsus soluto metra syllabaeque ex arbitrio traherentur. Quod si verum esset, fieri omnino non posset, ut nos hodie ex iis, quae supersunt, metris verbisque rhythmos in cantu adhibitos intelligeremus. At contra in veterum canticis omnia strictissimis vincta sunt legibus, iisque cum metrices atque per metricam cum prosodiae necessitatibus proxime connexis.

Nunc Aristoxenus progreditur ad differentias pedum ac-

curatius definiendas. Ac primum distinguit inter pedes rationales et irrationales, in quorum illis arsis et thesis rationem habent, quae sensu percipi potest, quod ipsum fit, ubicunque et arsin et thesin communi illa primi temporis mensura metiri poteris. Irrationalis pes est, in quo ratio partium sensu percipi nequit, ut χορεῖος ἄλογος, cuius thesis duorum temporum est, arsis neque duorum neque unius, sed uno maior, minor duobus. Est autem hic quoque distinguendum inter ῥητόν per se et ῥητὸν rhythmice dictum: δεῖ δὲ μηδ' ἐνταῦθα διαμαρτεῖν, ἀγνοηθέντος τοῦ τε ῥητοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου, τίνα τρόπον ἐν τοῖς περὶ τοὺς ῥυθμοὺς λαμβάνεται. Aristoxenus rem exemplo, ut solet, ex harmonia petito, illustrat, in qua sunt quae ῥητὰ et ἄλογα vocantur intervalla. Ad cuius exempli vim percipiendam pauca monenda videntur. Scilicet quaecunque in certo illo Graecorum harmonico systemate, quod in unoquoque harmoniae genere intervalla, intervallorum in tetrachordo compositiones cet. sistit, versantur, μελῳδούμενα dicuntur, reliqua ἀμελῴδητα, cf Aristox. harmonic. element. p. 25.: ἀμελῴδητον γὰρ λέγομεν, ὃ μὴ τάττεται καθ' ἑαυτὸ ἐν συστήματι. Inter ἀμελῴδητα Graecis v. c. omnia intervalla habentur, quae τεταρτημορίῳ soni minora sunt (Aristox. harm. elem. p. 21. τὰ δὲ τούτων — τόνου τό τε ἥμισυ dicit καὶ τὸ τρίτον μέρος καὶ τὸ τέταρτον — ἐλάττονα διαστήματα πάντα ἔστω ἀμελῴδητα), ut sexta soni pars, quae minor est diesi; diesis autem minimum intervallum est eorum, quae μελῳδούμενα sunt (Aristoxeni verba interpretando iteravi, quae scripsit harm. elem. p. 25.: ἐκτημόριον ἔλαττον διάστημα τοῦ ἐλαχίστου τῶν μελῳδουμένων· τὰ δὲ τοιαῦτα ἀμελῴδητά ἐστιν). Iam illud intervallum, quod in systematis fines cadit, κατὰ μέρος ῥητὸν vocatur, in qua voce τὸ κατὰ μέρος systematis partem dicit, nam illud intervallum certa illius, in quo versatur, systematis pars est. Eiusmodi sunt, quae consona (σύμφωνα) dicuntur, ut τὸ διὰ τεσσάρων, τὸ διὰ πέντε, τὸ διὰ πασῶν, τὸ διὰ πασῶν καὶ διὰ τεσσάρων cet. [16], et sonus, et τὰ τούτοις σύμμετρα [17] i. e. quae eadem

16) Aristoxeno huiusmodi intervalla numero sunt octo a τῷ διὰ

illā metiare mensurā. Cuiusmodi sunt quod τὰ σύμφωνα attinet, maiora illa intervalla: τὸ τρὶς διὰ πασῶν, τὸ τετράκις διὰ πασῶν [18], quod sonum attinet, τὸ ἡμιτόνιον et δίεσις, quae mensurā illā communi δωδεκατημορίῳ metiri poteris [19]. Haec igitur omnia rationalia. Quaecunque autem intervalla mensuris hucusque nominatis, maioribus illis et minoribus, metiri non licebat, ἄλογα erant, licet per se quidem certa gavisa magnitudine; at quum in systemate non versarentur, non κατὰ μέρος ῥητὰ dici poterant, sed quoad numeros tantum rationalia, κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητά. Eiusmodi v. c. sexta soni pars erat et ipsa illa duodecima, quae licet certae esset magnitudinis, qua vel ipsa metiretur reliqua, et ἀμελῴδητος erat et ἄλογος nec nisi κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν λόγους ῥητή. Ceterum quod Aristoxenus scripsit ἐν τοῖς διαστηματικοῖς στοιχείοις, eam harmonicorum librorum partem dicit, in qua de intervallorum elementis agebatur.

Hac igitur similitudine usus Aristoxenus variam irrationalium naturam explicat. Scilicet τῷ κατὰ μέρος ῥητῷ simile est τὸ κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν ῥητόν, quod primum in ῥυθμοποιΐαν cadit i. e. rationis rhythmicae pars est, dein eius pedis, in quo positum est, pars rationalis. Cuiuscunque autem pedis partes per se quidem certam aliquam habent rationem, sed eam primi temporis mensura non metiendam,

---

τεσσάρων usque ad τὸ δὶς διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε· cf. harm. elem. p. 45.: ἔστω δὴ τῶν συμφώνων ὀκτὼ μεγέθη. Similiter Euclid. p. 13. Meib. ὁ δὲ τῆς φωνῆς τόπος, inquit, αὔξεται μέχρι τοῦ ὀγδόου συμφώνου, ὅπερ ἐστὶ δὶς διὰ πασῶν καὶ διὰ τεσσάρων — hoc est septimum, quod interponit, quia in praecedentibus sex consona immutabilis systematis nominaverat. — καὶ δὶς διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε.

17) cf. supra p. 14.

18) cf. Aristox. harm. elem. p. 21.

19) cf. Euclid. p. 11. ὑποτίθεται γὰρ ὁ τόνος εἰς δώδεκά τινα ἐλάχιστα μόρια διαιρούμενος, ὧν ἕκαστον δωδεκατημόριον τόνου καλεῖται· ἀναλόγως δὲ τῷ τόνῳ καὶ τὰ λοιπὰ διαστήματα· τὸ μὲν γὰρ ἡμιτόνιον εἰς ἓξ δωδεκατημόρια, ἡ δὲ δίεσις ἡ μὲν τεταρτημόριος (i. e. ἡ χρωματική) εἰς τρία, ἡ δὲ τριτημόριος (i. e. ἡ ἐναρμόνιος) εἰς τέσσαρα·

is est *κατὰ τὴν τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν ἄλογος*, nec nisi *κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν λόγους ῥητός*. Ita *χορεῖος* ille *ἄλογος* est, quum arsin eius duobus temporibus minorem, maiorem uno tempore, eadem mensura non poteris metiri, qua thesin (*ἡ μέση ληφθεῖσα τῶν ἄρσεων*, trochaei scilicet et spondei, *οὐκ ἔστι σύμμετρος τῇ βάσει* i. e. thesi graeco more dictae). Per se quidem certam habere potest magnitudinem, ut in harmonia *τὸ ἐκτημόριον* certa pars est soni, quam *τῷ δωδεκατημορίῳ* possumus metiri.

Cum Aristoxeni loco vulgo conferre solent verba Aristidis p. 35.: *ἔστι δὲ ἄλλα γένη, ἅπερ ἄλογα καλεῖται, οὐχὶ τῷ μηδένα λόγον ἔχειν, ἀλλὰ τῷ μηδενὶ τῶν προειρημένων λόγων* (i. e. *τῶν τοῦ ἴσου, τοῦ ἡμιολίου, τοῦ ἰαμβικοῦ, τοῦ ἐπιτρίτου*) *οἰκείως ἔχειν, κατὰ ἀριθμοὺς δὲ μᾶλλον ἢ κατὰ εἴδη ῥυθμικὰ σώζειν τὰς ἀναλογίας*. At interest inter utrumque. Aristidis pedes *ἄλογοι* eiusmodi sunt, qui continuam rhythmopoeiam non patiantur. Quum enim dicat, rationem quidem illis inesse, sed non certas illas generis paris, dupli, sescupli, epitriti (haec enim sunt illa quae vocat *εἴδη ῥυθμικά*); illos etiam definitione sua comprehendit, quos metiri primo tempore poteris, velut qui has rationes habent: 1:3, 4 : 5. cet. Aristoxeni irrationalibus propiores sunt, quos postea (p. 39.) Aristides affert *χορείους ἀλόγους β'*. Quorum priorem quum ita describat: *ἰαμβοειδής, ὃς συνέστηκεν ἐκ μακρᾶς ἄρσεως καὶ δύο θέσεων· καὶ τὸν μὲν ῥυθμὸν ἔοικεν δακτύλῳ, τὰ δὲ τῆς λέξεως μέρη κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἰάμβῳ*, hoc dicit: si partes huius trochaei *ῥυθμικῶς* metiare, dactylo eum similem esse, quum altera pars alteri par sit; nulla autem rhythmi habita ratione, syllabas habere illum numero tres, quae, quum una in arsi (graeco more dicta) posita sit, duae in thesi, sic numeratae iambum aequent[20].

---

20) Hunc locum post Burettum Boeckhius de metr. Pind. p. 41. prorsus ex arbitrio tractavit, verborum *δακτύλῳ* et *ἰάμβῳ* locos simpliciter mutari iubens. Pervertit omnem rem Feussnerus, in edit. Aristox. inde a p. 64. Aristoxeni verba ita interpretatus, ut, quos ille *κατὰ τὴν*

His expositis Aristoxenus ad differentias pedum in universum enumerandas progreditur. Cohaerent enim, quae hic sequuntur in cod. V., cum antecedentibus arctissime. Postquam enim in universum de natura pedum eorumque magnitudine et alogia disseruit, iam nunc addit, quibus modis illi inter se ipsi differant. Differentias igitur septem ponit. Quod dicit *ἐκκείσθωσαν αἱ ἑπτά*, non ita intelligendum est, quasi ille ex pluribus, quae afferri possint, has septem eligat. Sed et vox *ἐκκείσθωσαν* similiter dicta est atque illa *κείσθω*, de quibus antea sermo fuit p. 29., et *αἱ ἑπτά* sunt certae illae, quae ferebantur in doctrina rhythmica, septem pedum differentiae.

Ac primum magnitudine (*μεγέθει*) differunt, *ὡς οἱ τρίσημοι* (ita Aristid. p. 34.) *τῶν δισήμων διενηνόχασι*. Deinde genere (*γένει*) i. e. ratione, quam partes eorum rhythmicae inter se habent, ut genus par vel duplex. Apud Aristidem quod legitur huius differentiae exemplum: *ὡς οἱ τρίχρονοι ἡμιολίου καὶ διπλασίονος*, non recte se habet, quum οἱ τρίχρονοι ipsius generis sint διπλασίονος. Meibomius (p. 257.) coniecit: *ὡς ὁ ἴσος* scil. *πούς διαφέρει ἡμιολίου καὶ διπλασίονος*, pro quo veri similius certe fuit *ὡς τὸ ἴσον* scil. *γένος*. Sed ne hoc quidem Aristides scripsit. Duorum inter se generum comparatio sufficiet. Delenda vox *τρίχρονοι* ut dittographia antecedentis vocis *τρίσημοι* e margine arcessita. Scri-

---

τοῦ ῥυθμοῦ φύσιν ῥητοὺς pedes dicit, eos intelligendos demonstraret, qui per se tantum rationales sint (his igitur in exemplo harmonico *τὰ σύμφωνα* cet. similia essent); quos Aristoxenus *κατὰ τοὺς τῶν ἀριθμῶν μόνον λόγους ῥητοὺς* dicit, eos, qui in rhythmicis generum rationibus versentur (quibuscum in exemplo *ἐμμελῶς* illa collata essent). Fefellit eum vox *ἀριθμοί*, quam hic proprie dictam sumebat de rationibus rhythmicis per numeros indicatis. Itaque etiam in Aristidis loco m. l. verba *κατὰ εἴδη ῥυθμικά* ita interpretatus est, tanquam ὁ τῆς λέξεως ῥυθμὸς intelligendus esset, quum tamen verba illa manifestissime rhythmica pedum genera significent. Horum autem generum rationes verbis *κατ' ἀριθμούς* significari opinabatur, quae mihi nisi numeros in universum, nulla rhythmi habita ratione, indicant.

bendum: ὡς οἱ τοῦ ἡμιολίου καὶ διπλασίονος. Tertia differentia in eo posita est, quod pedes aut ῥητοὶ sunt aut ἄλογοι, si arsis et thesis certam inter se rationem rhythmicam sequuntur aut non sequuntur. Haec Aristidi quarta differentia est, qui compositos incompositosque tertio loco posuit: τετάρτη ἡ τῶν ῥητῶν, ὧν ἔχομεν (sic enim scribendum pro μέλλομεν cum Meibomio) λόγον εἰπεῖν τῆς ἄρσεως πρὸς τὴν θέσιν, καὶ ἀλόγων, ὧν οὐκ ἔχομεν δι' ὅλου τὸν λόγον αὐτὸν τῶν χρονικῶν μερῶν (i. e. arsium thesiumque) εἰπεῖν πρὸς ἄλληλα. Quarta Aristoxeni differentia est συνθέτων et ἀσυνθέτων, quorum illi et ipsi in pedes dividi possunt, quod in his iam nequit fieri, quorum partes tempora sint simplicia. Aristides tertio loco simplices vocat et compositos: συνθέσει (δὲ διαφέρουσιν), ᾗ τοὺς μὲν ἁπλοῦς εἶναι συμβέβηκεν, ὡς τοὺς δισήμους, τοὺς δὲ συνθέτους, ὡς τοὺς δωδεκασήμους. Quintum divisione differunt, (διαιρέσει), si idem temporis spatium in varias dividitur partes, quae ipsae aut numero inter se differunt aut magnitudine aut utroque. Haec igitur differentia ad solos compositos pertinebat, quos Aristides in definitione non tacet: πέμπτη δέ ἐστιν ἡ κατὰ διαίρεσιν ποιὰν, ὅταν (sic cum Meibomio pro ὅτε) ποικίλως διαιρουμένων τῶν συνθέτων ποικίλους τοὺς ἁπλοῦς γίνεσθαι συμβαίνῃ. Deinde forma inter se differunt (σχήματι), si idem temporis spatium in aequales partes dividitur, sed alio illas ordine collocatas, quo eadem tempora diversas quasi figuras efficiunt. Aristides: ἕκτη ἡ κατὰ τὸ σχῆμα, τὸ ἐκ τῆς διαιρέσεως ἀποτελούμενον. Itaque non distinguit inter pedes quinti et sexti generis, quorum illi semper etiam σχήματι differunt. Denique ἀντιθέσει differunt pedes pares quidem, sed quorum arsis et thesis diverso collocatae sunt ordine. Quae differentia ad parium temporum pedes pertinet, quorum arsis et thesis inter se differunt. Quod Aristides scripsit: ἡ κατ' ἀντίθεσιν, ὅταν δύο ποδῶν λαμβανομένων ὁ μὲν ἔχῃ τὸν μείζονα χρόνον καθηγούμενον, ἑπόμενον δὲ τὸν ἐλάττονα, ὁ δὲ ἐναντίως, accuratius pro τὸν μείζονα et ἐλάττονα χρόνον cum Aristoxeno τὸν ἄνω et τὸν κάτω posuisset, nam non solum

iambi et trochaei, quorum thesis et arsis magnitudine impares sunt, in hoc genus cadunt, sed etiam alii, ut dactylus et anapaestus, quorum arsis et thesis ex variis constant temporibus.

Post quae Aristoxenus triplex genus eorum pedum describit, qui continuam admittunt rhythmopoeiam, i. e. ex quibus numeros licet componere sine ullo impedimento decurrentes. Quod Marius Victorinus p. 2484. P. in definitione rhythmi iuncturam velocem nominasse videtur. Sic enim ille: „nam rhythmus est pedum temporumque iunctura velox, divisa in arsi et thesi“ cet. Itaque genus dactylicum ponit, in quo inter arsin et thesin ratio aequalis, genus iambicum, in quo ratio dupli, et genus paeonicum, in quo ratio sescupli. Excludit igitur, quod alios addidisse scimus, genus epitritum, in quo quattuor tempora ad tria referuntur. Quod qui addebant generibus (Aristides: *προςτιθέασι δέ τινες καὶ ἐπίτριτον*), iis augebatur *αὐξήσει* illa quam supra tractavimus (p. 41 sqq.) rhythmica usque ad quattuordecim tempora; cf. Aristid. p. 35.: *τὸ δὲ ἐπίτριτον ἄρχεται μὲν ἀπὸ ἑπτασήμου, γίνεται δὲ ἕως τεσσαρεσκαιδεκασήμου· σπάνιος δὲ ἡ χρῆσις αὐτοῦ.* Martianus Capella: „epitritus ab heptasemo principium facit, quattuordecim similibus idem ponens, cuius difficilis est usus.“ In quibus verbis Meibomio scribendum videbatur: „quattuordecim signis, eundem bis ponens.“ Sed de usu vocis „signum“ apud Martianum iam supra dixi p. 42.; putaverim syllabas hic quoque posuisse Martianum, quem antea eundem errorem Aristidis verbis intulisse deprehendimus, ita ut restituto Martiani verbis hoc ipso mendo emendare locum certius videatur. Igitur totus locus sic scribendus: „quattuordecim syllabis bis ponens.“ Pro difficilis vertere debebat Martianus: rarus.

Iam Aristoxenus ut ostenderet, quomodo ex variis temporum numeris generum illorum pedes nascerentur, illud instituit, quod Aristides p. 40. eos facere dicit, qui rhythmicam artem separent a metrica. Inter quos quod fuit Aristoxenus,

ea praecipua caussa est, ut hodie a lectoribus rhythmopoeiam ubicunque decretis eius immiscentibus tam aegre intelligi soleat. Ita igitur Aristides: *οἱ μὲν οὖν συμπλέκοντες τῇ μετρικῇ θεωρίᾳ τὴν περὶ ῥυθμῶν, τοιαύτην τινὰ πεποίηνται τὴν τεχνολογίαν· οἱ δὲ χωρίζοντες ἑτέρως ποιοῦσιν. Ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ δισήμου συντιθέασιν ἀριθμοὺς μέχρι τῶν συνθέτων ῥυθμῶν. Καὶ τούτους κατὰ τοὺς προειρημένους σχηματίζοντες λόγους, ἴσον τε καὶ διπλάσιον, ἡμιόλιόν τε καὶ ἐπίτριτον.* Cuius rei paullo post exemplum affert in numero decimo: *πάλιν δὲ τοὺς συνθέτους ὡδὶ ποιοῦσι· σύμπαντα τὸν ἀριθμὸν ἐκτίθενται καὶ μερίζουσι* (sic enim legendum pro *περίζουσι*) *τοῦτον εἰς σχήματα ῥυθμικά . . . οἷον ἐκκειμένης δεκάδος θεωρείτω τὰ σχήματα κ. τ. λ.* Hoc igitur Aristoxenus nunc per singulos numeros persequitur, nisi quod initio usus est ab Aristide diverso. Neque enim a disemo incipit sed a trisemo: *τῶν δὲ ποδῶν*, inquit, *ἐλάχιστοι μέν εἰσιν οἱ ἐν τῷ τρισήμῳ μεγέθει· τὸ γὰρ δίσημον μέγεθος παντελῶς ἂν ἔχοι πυκνὴν τὴν ποδικὴν σημασίαν.* In quibus verbis *ἡ ποδικὴ σημασία* percussio arsis est, quae in rhythmis e binorum temporum pedibus compositis tam crebro sequeretur, ut in quattuor temporum spatio bis adhiberetur. Illud addere poterat, quae iusta et integra huius rei fuit caussa: hanc in universum per totos veterum rhythmopoeiae fines vigere legem, ut illa numeri pars, in qua pondus incessus rhythmici versatur, non nisi longis linguae partibus expleatur, quo aures habeant in quo nitantur. Hinc factum est, ut in arsi necessaria essent aut longa syllaba aut quae eius pondus exaequant breves duae. Non male Schol. Hephaest. p. 81. G. de pyrrhichio locutus: *οὗτος δὲ*, inquit, *κατὰ πόδα μὲν οὐ βαίνεται διὰ τὸ κατάπυκνον γίνεσθαι τὴν βάσιν καὶ συγχεῖσθαι τὴν αἴσθησιν*[21]. Similia Martianus Capella, ubi

---

21) Aliud est, quod in nonnullis rhythmis, ut in dactylicis et anapaesticorum iis, qui non per dipodias incedunt, longa syllaba non solvi solet in duas breves propter nimiam brevium syllabarum multitudinem in his rhythmorum generibus minus pulchram. De qua re Aristi-

Aristidis de genere dactylico locum vertit, interposuit (p. 193.), alium nunc auctorem, fortasse interpretem Aristidis graecum secutus, verba propria latine, ne dicam barbare, longis ambagibus reddere studens: «proceleusmaticus,» inquit, . . . «brevior id est disemus syneches vocatur; quia ipsa a s s i d u i t a s et f r e q u e n t i a comprehendentis se invicem syllabae: nec magnitudinem aliquam nec modum divisae potestatis extendit, ideoque eo raro uti decet, ne a s s i d u i t a s brevis syllabae carmen ipsum, quod cum dignitate aliqua proferri oportet, incidat.» Vides latinum scriptorem Graecorum *πυκνότητα* et *συνέχειαν* imitantem, unde etiam nomen illud *συνεχής*.

In prima igitur illa pedum magnitudine partium ratio in duplo versatur, unde genus dupli sive iambicum. Sequuntur quattuor tempora, in quibus quum duae rationes poni possint, ratio aequalis et tripla, altera non rhythmica est, altera genus par sive dactylicum efficit. Quod sequitur quinque temporum spatium, duas in se habet rationes, quadrupli et sescupli, quarum illa non rhythmica, haec genus paeonicum sive hemiolium constituit. Sex temporum spatium tres admittit rationes, aequalem, duplam, quincuplicem, quarum ultima non rhythmica est, prima in genus dactylicum cadit, media in genus iambicum. Hoc igitur sex temporum spatium duorum generum commune est. Quocum Aristidis *μικτοὺς ῥυθμοὺς* conferre solent, ab Aristoxeni *κοινῷ γένει* longe remotos. Scilicet apud Aristidem primum in universum *μικτοὶ ῥυθμοὶ* vocantur (p. 36.), qui medium quasi locum obtinent inter rhythmos simplices et compositos, quum duplici dividi patiantur modo: et in *χρόνους* i. e. ita, ut singulae eorum partes arsis et thesis sint sive pedum partes, *χρόνοι* dictae, et in *ῥυθμοὺς* i. e. ita, ut ipsae partes rhythmos sive pedes constituant. Quorum p. 39. sex nominat, a duplici ipsorum natura plerosque nominatos, qualis v. c. est

---

des p. 51.: τὸ δακτυλικὸν ἐπιδέχεται . . . . προκελευσματικὸν οὐδαμῶς· ἀπρεπὲς γὰρ διὰ τὸ τῶν βραχέων πλῆθος.

δάκτυλος καὶ ἴαμβον (◡ — ◡ —), qui in χρόνους divisus iambos habet duos in ῥυθμοὺς generis paris rationem exhibet. At Aristoxeni sex tempora in iambicum genus cadunt, quia praeter rationem parem (3 : 3) rationem duplam (4 : 2) continent. Scilicet Aristoxenus de temporum spatiis, Aristides de rhythmis pedibusque locutus est, quae solent commisceri hodie conglomerarique. Septem temporum spatium omnino non habet divisionem rhythmicam; quum enim tres rationes cogitari possint, ratio τοῦ ἑξαπλασίου, ratio τῶν πέντε πρὸς τὰ δύο, ratio epitriti, earum nulla rhythmica est. Ita ut, hoc temporum spatio e numerorum serie deleto, quinto loco tempora sequantur ὀκτασήμου magnitudinis, quae nonnisi dactylici generis sunt. Quum enim quattuor rationes cogitari possint, ratio ἑπταπλασίου, ratio τῶν ἓξ πρὸς τὰ δύο sive triplex, ratio τῶν πέντε πρὸς τὰ τρία et ratio aequalis, haec ultima sola rhythmica est. At in his ipsis verbis, quae modo ad finem duxi, Aristoxeneae doctrinae filum abrumpitur, foliis quae sequebantur in codice Vaticano abscissis. In quibus primum novem temporum spatium ponebatur, quod unam rationem rhythmicam continet, rationem dupli, quae in genus iambicum cadit. Ex sequentibus numeris Aristides p. 41., ut exemplum huius rhythmicorum methodi proponat, decimum tractat, ita tamen, ut et genus epitritum recipiat et numerorum maiorum in minores divisionem, quae ab hac Aristoxeni ratiocinatione aliena sunt. Sequebatur etiam illud, quod p. 9. legimus: ὃν δὲ τρόπον λήψεται τοῦτον (τὸν πρῶτον χρόνον) ἡ αἴσθησις, φανερὸν ἔσται ἐπὶ τῶν ποδικῶν σχημάτων. Ex quo loco fragmentum nobis servasse videbatur Porphyrius. Deinde αὔξησις illa pedum explicabatur, unde Psellus sua excerpsit. Agebatur praeterea de ἀγωγῇ, de μεταβολῇ, denique de ῥυθμοποιΐᾳ. In quo loco Aristoxenus promissis stetit, plus uno loco per fragmentum nostrum datis, ut p. 10.: σαφέστερον δὲ τοῦτο εἰσόμεθα προελθούσης τῆς πραγματείας, et p. 13.: διὰ τί δὲ οὐ γίνεται πλείω σημεῖα τῶν τεττάρων, οἷς ὁ πούς χρῆται κατὰ τὴν αὑτοῦ δύναμιν, ὕστερον δειχθήσεται, et p. 14.: ἔσται

δὲ τοῦτο ἐν τοῖς ἔπειτα φανερόν. Quae omnia ad postremam illam doctrinae rhythmicae partem pertinebant, in qua de rhythmopoeia agebatur. Atque ex hoc loco Pselli verba hausta esse videntur, quibus differentia inter ῥυθμὸν et ῥυθμοποιΐαν exponitur modo Aristoxeneo (ap. Morell. p. 284. ap. Caes. p. 624.): καί ἐστι ῥυθμὸς μὲν . . σύστημά τι συγκείμενον ἐκ τῶν ποδικῶν χρόνων· ὧν ὁ μὲν ἄρσεως, ὁ δὲ βάσεως, ὁ δὲ ὅλου ποδός. Ῥυθμοποιΐα δ' ἂν ἤ τὸ συγκείμενον ἔκ τε τῶν ποδικῶν χρόνων καὶ ἐκ τῶν αὐτῆς τῆς ῥυθμοποιΐας ἰδίων [22].

Quae omnia nobis quidem erepta iniuria temporum videntur ac plane deperdita. Utinam Donius ex parte quidem ante oculos habuisset, quum scriberet, Aristoxeni tres libros, mutilos quidem illos et imperfectos, se invenisse, ut sperare liceat fore, ut plura in lucem aliquando proferantur maxime desiderata. Quae spes non prorsus proiicienda esse videtur, quum ad Pselli quidem tempora plura servata fuerint quam quae nos hodie legimus, quem locos vidimus transscribentem et qui fragmentum nostrum praecedebant, qualis ille de definitione numeri fuit, quem ab initio commentarii indicavimus, et qui sequebantur, cuiusmodi ille, qui ap. Mor. p. 300. ap. Caes. p. 624. legitur, in quo vel in similitudine illa e rebus harmonicis petita deprehendas auctorem Aristoxenum [23].

22) cf. Psell. ap. Caes. p. 623. sq. Τῶν δὲ χρόνων οἱ μέν εἰσι ποδικοί, οἱ δὲ τῆς ῥυθμοποιΐας ἴδιοι. Ποδικὸς μὲν οὖν ἐστι χρόνος ὁ κατέχων σημείου ποδικοῦ μέγεθος οἷον ἄρσεως ἢ βάσεως ἢ ὅλου ποδός· ἴδιος δὲ ῥυθμοποιΐας ὁ παραλλάσσων ταῦτα τὰ μεγέθη εἴτ' ἐπὶ τὸ μικρὸν εἴτ' ἐπὶ τὸ μέγα.

23) Psell. ap. Mor. p. 300. ap. Caes. p. 624.: ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ τοῦ ῥυθμοῦ φύσει ὁ ποδικὸς λόγος, ὥσπερ ἐν τῇ τοῦ ἡρμοσμένου τὸ σύμφωνον.

VITA.

Natus sum Hamburgi anno huius seculi undetricesimo patre **Ioanne Philippo Ludovico**, mercaturam faciente, matre **Paulina Theresia** e gente **Marschneriana**. Patrimum me esse matrimumque deo gratias ago quam maximas. Undecimum aetatis annum agentem optimi parentes in Ioanneum, gymnasium Hamburgense, me detulerunt, ubi praeceptoribus usus sum doctissimis, quorum memoria mihi semper grata manebit. Vicesimum autem annum agens maturitatis testimonio munitus in hanc almam Fridericiam Guilelmiam Rhenanam, literarum sedem longe celeberrimam, me contuli, studiis philologicis addictus. Vere anni 1851. Berolinum petii, unde auctumno eiusdem anni laetus Bonnam reverti. Berolini praedocentes audivi virr. cll. **Boeckhium**, **Hertzium**, **Lepsium**, **Carolum Ritterum**, **Trendelenburgium**; Bonnae cll. **Aschbachium**, **Bernaysium**, **Brandisium**, **Dahlmannium**, **Heimsoethium**, **Loebellium**, **Overbeckium**, **Ritterum**, **Ritschelium**, **Schopenum** et **Welckerum**, quibus omnibus gratias ago quas debeo maximas.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1) *Artes multo etiam magis gentem humanam erudiverunt quam literae.*

2) *In certaminibus Atheniensium scenicis non nisi unius poëtae tetralogia eodem die agebatur.*

3) *In rhythmis graecis neque arsis neque thesis duorum temporum sive brevium syllabarum spatium superare poterat.*

4) *Non fuit in rhythmis graecis duplex dactylorum et anapaestorum genus, rationalium scilicet et irrationalium.*

5) *Marcii vatis carmina, quae apud Livium XXV, 12. leguntur, hexametris condita erant.*

6) *Aeschyl. Eumen. v. 556. scribendum:*

εἶτ' οὖν δι' ὤτων διάτορος Τυρσηνικὴ κ. τ. λ.

7) *In Aeschyl. Eumen. v. 576. nihil mutandum, sed sic legendum:*

Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον· ἔστι γὰρ δόμων
ἱκέτης ὅδ' ἁνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος
ἐμῶν· κ. τ. λ.

8) *Aeschyl. Prometh. v. 356. (Herm.) legendum:*

Τυφῶνα θοῦρον· πᾶσιν ἀντέστη θεοῖς κ. τ. λ.

9) *Aeschyl. Eumen. v. 978. et 996. (Herm.) scribendum:*

χαίρετ' ἐν αἰσιμίαισι πλούτου *et*
χαίρετε χαίρετ' ἐπανδιπλοιζω.

10) *Soph. Antig. v. 117. sq. scribendum:*

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων δαφοι-
ναῖσιν ἀμφιχάνων κύκλῳ κ. τ. λ.

ERRORES TYPOGRAPHICOS

PRAETER LEVIORES DEPREHENDI HOSCE:

---

pag. 4. lin. 2. pro πλειοῦς l. πλείους

- 4. - 6. - οὖν· περὶ τοῦς l. οὖν περὶ τοὺς

- 4. - 10. - τίνας l. τινὰς

- 6. - 8. - σὖν l. οὖν

- 9. - 27. - rythmices l. rhythmices

- 9. - 30. - μέλεα l. μέλη

- 10. - 22. - ποικιλοτέρᾳ l. ποικιλωτέρᾳ

- 10. - 37. - αὗτὸ l. αὐτὸ

- 11. - 22. - μὴν l. μὲν

- 14. - 1. - γινομέναι l. γινόμεναι

- 33. - 15. - Ex quibus l. Ex

- 35. - 5. - longeque l. longe

- 45. - 1. - τά μεγέθη προςφερώμεθα l. τὰ μεγέθη προφε-ρώμεθα

- 46. - 12. - quae l. quas

- 48. - 34. - τόνον l. τόνου

Aristidis de genere dactylico locum vertit, interposuit (p. 193.), alium nunc auctorem, fortasse interpretem Aristidis graecum secutus, verba propria latine, ne dicam barbare, longis ambagibus reddere studens: «proceleusmaticus,» inquit, . . . «brevior id est disemus synechesvocatur; quia ipsa *assiduitas et frequentia* comprehendentis se invicem syllabae nec magnitudinem aliquam nec modum divisae potestatis extendit, ideoque eo raro uti decet, ne *assiduitas* brevis syllabae carmen ipsum, quod cum dignitate aliqua proferri oportet, incidat.» Vides latinum scriptorem Graecorum *πυκνότητα* et *συνέχειαν* imitantem, unde etiam nomen illud *συνεχής*.

In prima igitur illa pedum magnitudine partium ratio in duplo versatur, unde genus dupli sive iambicum. Sequuntur quattuor tempora, in quibus quum duae rationes poni possint, ratio aequalis et tripla, altera non rhythmica est, altera genus par sive dactylicum efficit. Quod sequitur quinque temporum spatium, duas in se habet rationes, quadrupli et sescupli, quarum illa non rhythmica, haec genus paeonicum sive hemiolium constituit. Sex temporum spatium tres admittit rationes, aequalem, duplam, quincuplicem, quarum ultima non rhythmica est, prima in genus dactylicum cadit, media in genus iambicum. Hoc igitur sex temporum spatium duorum generum commune est. Quocum Aristidis *μικτοὺς ῥυθμοὺς* conferre solent, ab Aristoxeni *κοινῷ γένει* longe remotos. Scilicet apud Aristidem primum in universum *μικτοὶ ῥυθμοὶ* vocantur (p. 36.), qui medium quasi locum obtinent inter rhythmos simplices et compositos, quum duplici dividi patiantur modo: et in *χρόνους* i. e. ita, ut singulae eorum partes arsis et thesis sint sive pedum partes, *χρόνοι* dictae, et in *ῥυθμοὺς* i. e. ita, ut ipsae partes rhythmos sive pedes constituant. Quorum p. 39. sex nominat, a duplici ipsorum natura plerosque nominatos, qualis v. c. est

---

des p. 51.: τὸ δακτυλικὸν ἐπιδέχεται . . . . προκελευσματικὸν οὐδαμῶς· ἀπρεπὲς γὰρ διὰ τὸ τῶν βραχέων πλῆθος.

δάκτυλος καὶ ἴαμβον (◡ — ◡ —), qui in *χρόνους* divisus iambos habet duos in *ῥυθμοὺς* generis paris rationem exhibet. At Aristoxeni sex tempora in iambicum genus cadunt, quia praeter rationem parem (3 : 3) rationem duplam (4 : 2) continent. Scilicet Aristoxenus de temporum spatiis, Aristides de rhythmis pedibusque locutus est, quae solent commisceri hodie conglomerarique. Septem temporum spatium omnino non habet divisionem rhythmicam; quum enim tres rationes cogitari possint, ratio *τοῦ ἐξαπλασίου*, ratio *τῶν πέντε πρὸς τὰ δύο*, ratio epitriti, earum nulla rhythmica est. Ita ut, hoc temporum spatio e numerorum serie deleto, quinto loco tempora sequantur *ὀκτασήμου* magnitudinis, quae nonnisi dactylici generis sunt. Quum enim quattuor rationes cogitari possint, ratio *ἑπταπλασίου*, ratio *τῶν ἓξ πρὸς τὰ δύο* sive triplex, ratio *τῶν πέντε πρὸς τὰ τρία* et ratio aequalis, haec ultima sola rhythmica est. At in his ipsis verbis, quae modo ad finem duxi, Aristoxeneae doctrinae filum abrumpitur, foliis quae sequebantur in codice Vaticano abscissis. In quibus primum novem temporum spatium ponebatur, quod unam rationem rhythmicam continet, rationem dupli, quae in genus iambicum cadit. Ex sequentibus numeris Aristides p. 41., ut exemplum huius rhythmicorum methodi proponat, decimum tractat, ita tamen, ut et genus epitritum recipiat et numerorum maiorum in minores divisionem, quae ab hac Aristoxeni ratiocinatione aliena sunt. Sequebatur etiam illud, quod p. 9. legimus: *ὃν δὲ τρόπον λήψεται τοῦτον (τὸν πρῶτον χρόνον) ἡ αἴσθησις, φανερὸν ἔσται ἐπὶ τῶν ποδικῶν σχημάτων.* Ex quo loco fragmentum nobis servasse videbatur Porphyrius. Deinde *αὔξησις* illa pedum explicabatur, unde Psellus sua excerpsit. Agebatur praeterea de *ἀγωγῇ*, de *μεταβολῇ*, denique de *ῥυθμοποιΐᾳ*. In quo loco Aristoxenus promissis stetit, plus uno loco per fragmentum nostrum datis, ut p. 10.: *σαφέστερον δὲ τοῦτο εἰσόμεθα προελθούσης τῆς πραγματείας*, et p. 13.: *διὰ τί δὲ οὐ γίνεται πλείω σημεῖα τῶν τεττάρων, οἷς ὁ ποὺς χρῆται κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ὕστερον δειχθήσεται*, et p. 14.: *ἔσται*

δὲ τοῦτο ἐν τοῖς ἔπειτα φανερόν. Quae omnia ad postremam illam doctrinae rhythmicae partem pertinebant, in qua de rhythmopoeia agebatur. Atque ex hoc loco Pselli verba hausta esse videntur, quibus differentia inter ῥυθμὸν et ῥυθμοποιΐαν exponitur modo Aristoxeneo (ap. Morell. p. 284. ap. Caes. p. 624.): καί ἐστι ῥυθμὸς μὲν . . σύστημά τι συγκείμενον ἐκ τῶν ποδικῶν χρόνων· ὧν ὁ μὲν ἄρσεως, ὁ δὲ βάσεως, ὁ δὲ ὅλου ποδός. Ῥυθμοποιΐα δ' ἂν ἤη τὸ συγκείμενον ἔκ τε τῶν ποδικῶν χρόνων καὶ ἐκ τῶν αὐτῆς τῆς ῥυθμοποιΐας ἰδίων [22].

Quae omnia nobis quidem erepta iniuria temporum videntur ac plane deperdita. Utinam Donius ex parte quidem ante oculos habuisset, quum scriberet, Aristoxeni tres libros, mutilos quidem illos et imperfectos, se invenisse, ut sperare liceat fore, ut plura in lucem aliquando proferantur maxime desiderata. Quae spes non prorsus proiicienda esse videtur, quum ad Pselli quidem tempora plura servata fuerint quam quae nos hodie legimus, quem locos vidimus transscribentem et qui fragmentum nostrum praecedebant, qualis ille de definitione numeri fuit, quem ab initio commentarii indicavimus, et qui sequebantur, cuiusmodi ille, qui ap. Mor. p. 300. ap. Caes. p. 624. legitur, in quo vel in similitudine illa e rebus harmonicis petita deprehendas auctorem Aristoxenum [23].

---

22) cf. Psell. ap. Caes. p. 623. sq. Τῶν δὲ χρόνων οἱ μέν εἰσι ποδικοί, οἱ δὲ τῆς ῥυθμοποιΐας ἴδιοι. Ποδικὸς μὲν οὖν ἐστὶ χρόνος ὁ κατέχων σημείου ποδικοῦ μέγεθος οἷον ἄρσεως ἢ βάσεως ἢ ὅλου ποδός· ἴδιος δὲ ῥυθμοποιΐας ὁ παραλλάσσων ταῦτα τὰ μεγέθη εἴτ' ἐπὶ τὸ μικρὸν εἴτ' ἐπὶ τὸ μέγα.

23) Psell. ap. Mor. p. 300. ap. Caes. p. 624.: ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ τοῦ ῥυθμοῦ φύσει ὁ ποδικὸς λόγος, ὥσπερ ἐν τῇ τοῦ ἡρμοσμένου τὸ σύμφωνον.

VITA.

Natus sum Hamburgi anno huius seculi undetricesimo patre Ioanne Philippo Ludovico, mercaturam faciente, matre Paulina Theresia e gente Marschneriana. Patrimum me esse matrimumque deo gratias ago quam maximas. Undecimum aetatis annum agentem optimi parentes in Ioanneum, gymnasium Hamburgense, me detulerunt, ubi praeceptoribus usus sum doctissimis, quorum memoria mihi semper grata manebit. Vicesimum autem annum agens maturitatis testimonio munitus in hanc almam Fridericiam Guilelmiam Rhenanam, literarum sedem longe celeberrimam, me contuli, studiis philologicis addictus. Vere anni 1851. Berolinum petii, unde auctumno eiusdem anni laetus Bonnam reverti. Berolini praedocentes audivi virr. cll. Boeckhium, Hertzium, Lepsium, Carolum Ritterum, Trendelenburgium; Bonnae cll. Aschbachium, Bernaysium, Brandisium, Dahlmannium, Heimsoethium, Loebellium, Overbeckium, Ritterum, Ritschelium, Schopenum et Welckerum, quibus omnibus gratias ago quas debeo maximas.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

1) Artes multo etiam magis gentem humanam erudiverunt quam literae.

2) In certaminibus Atheniensium scenicis non nisi unius poëtae tetralogia eodem die agebatur.

3) In rhythmis graecis neque arsis neque thesis duorum temporum sive brevium syllabarum spatium superare poterat.

4) Non fuit in rhythmis graecis duplex dactylorum et anapaestorum genus, rationalium scilicet et irrationalium.

5) Marcii vatis carmina, quae apud Livium XXV, 12. leguntur, hexametris condita erant.

6) Aeschyl. Eumen. v. 556. scribendum:

εἴτ' οὖν δι' ὤτων διάτορος Τυρσηνικὴ κ. τ. λ.

7) In Aeschyl. Eumen. v. 576. nihil mutandum, sed sic legendum:

Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον· ἔστι γὰρ δόμων
ἱκέτης ὅδ' ἁνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος
ἐμῶν· κ. τ. λ.

8) Aeschyl. Prometh. v. 356. (Herm.) legendum:

Τυφῶνα θοῦρον· πᾶσιν ἀντέστη θεοῖς κ. τ. λ.

9) Aeschyl. Eumen. v. 978. et 996. (Herm.) scribendum:

χαίρετ' ἐν αἰσιμίαισι πλούτου et
χαίρετε χαίρετ' ἐπανδιπλοίζω.

10) Soph. Antig. v. 117. sq. scribendum:

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων δαφοι-
ναῖσιν ἀμφιχάνων κύκλῳ κ. τ. λ.

ERRORES TYPOGRAPHICOS

PRAETER LEVIORES DEPREHENDI HOSCE:

---

pag.	4.	lin.	2.	pro	*πλειοῦς* l. *πλείους*
-	4.	-	6.	-	*οὖν· περὶ τοῦς* l. *οὖν περὶ τοὺς*
-	4.	-	10.	-	*τίνας* l. *τινὰς*
-	6.	-	8.	-	*σὖν* l. *οὖν*
-	9.	-	27.	-	rythmices l. rhythmices
-	9.	-	30.	-	*μέλεα* l. *μέλη*
-	10.	-	22.	-	*ποικιλοτέρᾳ* l. *ποικιλωτέρᾳ*
-	10.	-	37.	-	*αὖτὸ* l. *αὐτὸ*
-	11.	-	22.	-	*μὴν* l. *μὲν*
-	14.	-	1.	-	*γινομέναι* l. *γινόμεναι*
-	33.	-	15.	-	Ex quibus l. Ex
-	35.	-	5.	-	longeque l. longe
-	45.	-	1.	-	*τά μεγέθη προςφερώμεθα* l. *τὰ μεγέθη προφερώμεθα*
-	46.	-	12.	-	quae l. quas
-	48.	-	34.	-	*τόνον* l. *τόνου*

